vel tres psonas vnā essentiam dicimus: tres autē psonas ex eadem essentia nō dicimus quasi aliud ibi sit quod essentia est: aliud quod persona: sicut tres statuas ex eodem auro possumus dicere. Aliud eīm illic est esse aurū: aliud esse statuas. Et cū dicunt tres hoīes vna natura: vel tres hoīes eiusdem nature: pōt etiā dici tres hoīes ex eadem natura: quia ex eadem natura: et alij tres hoīes pōt existere. In illa vero eēntia trinitatis: nullo modo alia quilibet persona ex eadem eēntia pōt existere. Deinde in his rebus nō tñ est vn⁹ hō: q̄tū tres hoīes simul. Et plus sunt aliqd homines duo quā vnus hō. Et in statuis equalibus plus auri est tres simul: quā singule statue: et min⁹ auri est vna quā due. At in deo nō ē ita. Nō eīm maior essentia est pater et filius et spūsanctus simul quā solus pater aut filius. Sed tres simul ille substantie siue persone si ita dicēde sunt equales sunt singulis: quod animalis hō nō pōt. Nō eīm pōt cogitare nisi moles et spacia: vel minura vel grandia volitantib⁹ in aëre eius phantasmatibus: tanq; imaginibus corporū. Ex qua imūdia donec purgetur: credit in patre et filiū et spūsanctum: vnū deum solum. magnū. omnipotentē. bonū. iustū. misericordem. omnium visibilibus et invisibilibus cōditorem: et quicqd de illo phumana facultate digne vereq; dici potest. Neq; cū audierit patrem solū deū: separet inde filiū aut spiritum sanctum. Cum eo: quippe solus deus cum quo et vnus deus est: quia et filiū cū audimus solū deum sine vlla separatione patris aut spūsancti oportet accipere: atq; ita dicat vnā eēntiā: vt non existimet aliud alio vel maius vel melius: vel ex aliqua parte diuersum. Nō tñ vt pater ipse sit et filius: et spūsanctus: et quicquid aliud ad alterutrum singula dicunt: sicut verbū quod nō dicit nisi fili⁹: aut donū quod nō dicit nisi spūscūs: ppter quod etiā plurale in numerū admittunt: sicut in euangelio scriptū est. Ego et pater vnus sumus. Et vnū dixit et sumus. Vnū sicut essentia quod idē deus. sumus sicut relatiuū: quod ille pater. Filius. Aliquū et taceat vnitas essentie: et sola pluraliter relatiua cōmemorant. Veniem⁹ ad eū ego et pater: et habitabimus apud eū. Veniemus et habitabimus pluralis numerus ē quia p̄dictum est. Ego et pater. id est pater et filius: que relatiue ad inuicē dicunt. Aliquādo latenter oīno: sicut in genesi. Faciamus hoīem ad imaginem et similitudinem nostrā. Et faciamus: et nostrā: pluraliter dictū est: et nisi ex relatiuis accipi nō potest. Non eīm vt

1. Cor. 2

Iob. 10

Ibid. 14

Genes. 1

facerent dii: aut ad imaginē et similitudinē deoz
 sed vt faceret pater et filius et spūsanctus ad ima-
 ginem patris et filij et spūsancti: vt subsisteret
 hō imago dei. De^o autē trinitas. Sed quia nō
 oīno equalis fiebat illa imago dei: tanq̄ non
 ab illo nata: sed ab eo creata. huius rei signifi-
 cande causa ita imago est: vt ad imaginē sit
 non equatur paritate: s̄ quadā similitudine ac-
 cedit. Nō em̄ locoꝝ interuallis: s̄ similitudine ac-
 cedit ad deū: et dissimilitudine receditur ab eo.
 Sunt em̄ qui ita distinguunt: vt imaginē ve-
 lint esse filiū: hōiem vero non imaginē: s̄ ad
 imaginē. Reuellit autē eos ap̄ls dicens. Vir q̄
 dem non debet velare caput: cum sit imago et
 gloria dei. Non dixit ad imaginē: sed imago.
 Que tñ imago cū alibi d̄: Ad imaginem: non
 quasi ad filiū d̄: que imago equalis est patri:
 alioquin non diceret ad imaginē n̄az. Quō
 enim nostram cū filius solius patris: imago sit
 Sed p̄pter imparem vt diximus similitudinē
 dictus est homo ad imaginem: et ideo n̄ am̄t
 imago trinitatis esset homo: non trinitati eq̄:
 lis sicut filius patri: sed accedens vt dictum ē
 quadā similitudine: sicut in distantibus signifi-
 ficatur quedam vicinitas: non loci: sed cuius-
 dam imitationis. Ad hoc enim eis d̄: Refor-
 mamini in nouitate mentis vestre. Quibus
 item dicit. Estote itaq̄ imitatores dei sicut fi-
 lij carissimi. Nouo enim homini dicitur. Qui
 renouatur in agnitionem dei. scdm̄ imaginez
 eius qui creauit euz. Aut si iam placet p̄pter
 disputandi necessitatem: etiam: exceptis no-
 minibus relatiuis pluralem numerum admit-
 tere: vel vno nomine respondeat. cuz querit̄
 quid tria: et dicere tres substantias: siue tres
 personas: nulle moles aut interualla cogiten-
 tur: nulla distantia quātulecunq̄ dissimilitu-
 dinis: aut vt intelligatur aliud alio vel paulo
 minus quocunq̄ modo minus esse aliud alio
 potest: vt neq̄ personaz sit confusio: nec talis
 distinctio qua sit impar aliquid. Quod si intel-
 lectu capi non potest: fide teneatur: donec il-
 luceat in cordibus ille: qui ait per prophetā
 Nisi credideritis non intelligetis.

Explicit liber septimus.

Incipiunt capitula libri octauī.

- i. De indifferenti magnitudine trinita-
tis: in qua non est plus ip̄a trinitas si-
mul q̄ singula q̄q̄ persona
- ii. De essentia veritatis que ē trinitas
deus: nihil corporeū neq̄ mutabile
debeat cogitari.
- iii. De vero et sumo et vno bono.
- iiii. De dilectione in deū per fidem.

- v. De sacramento incarnationis dñi: et sal-
uatoris nostri iesu xpi.
- vi. Quid in sc̄tis q̄s nō vidim⁹ diligamus
- vii. De vera dilectione.
- viii. De qui fratrem diligit deum diligit: q̄
amat et ip̄am dilectionem que ex do-
et deus est
- ix. De ex ea forma qua diligitur iustus: di-
ligatur deus: q̄ nō p̄t ea q̄ dilectōz
excitat forma non diligit: eadem. p̄ ē
deus: quia deus caritas est
- x. De amate et q̄ amatur et amore.

Dur elij augustini penium in librū octauū
 sumus alibi ea dici proprie i illa
 trinitate distincte ad singulas p̄-
 sonas pertinētia: que relatiue di-
 cuntur ad inuicem: sicut pater et
 filius et vtriusq̄ donum spiritussanctus. Non
 enim pater trinitas: aut filius trinitas: aut tri-
 nitas donum. Vero ad se dicuntur singuli
 non dici pluraliter tres: sed vnā ip̄am trinita-
tem: sicut deus pater: deus filius: de^o spūsan-
 ctus. Et dñs pater: dñs filius: dñs spūsanct⁹.
 Et oīpotens pater: oīpotens filius: oīpotēs
 spūsanctus. Nec tñ tres dii: aut tres domini:
 aut tres oīpotentes. Sed vnus deus: dñs: oī-
 potens: ip̄a trinitas: et quicq̄ aliud: non ad in-
 uicē relatiue: sed ad se singuli dicunt̄. hoc ē
 fm̄ essentiam dicunt̄: q̄ hoc est ibi esse: q̄ ma-
 gnum esse: q̄ bonum esse: q̄ sapientem esse: et
 quicquid aliud ad se vnaqueq̄ ibi persona vt
 ip̄a trinitas dicitur. Ideoq̄ dici tres p̄sonas:
 vel tres substantias: non vt aliqua intelligat̄
 diuersitas essentie: sed vt vel vno aliquo vo-
 cabulo responderi possit: cum dicitur qd̄ tres
 vel quid tria: tantāq̄ esse equalitatem i ea tri-
 nitate: vt nō solum pater non sit maior q̄ fili⁹
 quod attinet ad diuinitatem: sed nec pater et
 filius simul maius aliquid sint q̄ spūsanctus:
 aut singula queq̄ persona: quelibet triū: min⁹
 aliquid sit q̄ ip̄a trinitas: Dicta sunt hec: et si
 sepius versando repetantur: familiarius qui-
 dem innotescunt. Sed et modus aliq̄s adhibē-
 dus est: deoq̄ supplicandum deuotissima pie-
 tate: vt intellectum aperiat: et studium contē-
 tionis assumat: quo possit mente cerni essen-
 tia veritatis: sine vlla mole: sine vlla mobilita-
 te. Hunc itaq̄ inquantū ipse adiuuat creator
 mire misericors: attendamus hec que modo
 tam interiora q̄ superiora tractabimus: cum
 sit eadem seruata illa regula: vt quod intel-
 lectui nostro nondum eluxerit: a firmitate fidei
 non dimittatur.

Liber

De indifferenti magnitudine trinitatis in
q̄ nō est plus ip̄a trinitas siml̄q̄ singula queq̄
persona.

Capitulum. I.

Sciamus em̄ nō esse in hac trinitate
maius aliquid duas aut tres p
sonas q̄ vn̄a earum: q̄d non capit
consuetudo carnalis: nō ob aliud
nisi q̄ vera que creata sunt sentiri potest: ve
ritatem aut̄ ip̄am qua creata sunt non potest
intueri. **S**i posset: nullo mō esset lux ista cor
porea manifestior q̄ hoc quod dixim⁹. **I**n sub
stantia quippe veritatis: qm̄ sola vera est: non
est maior: aliqua: nisi que verius est. **Q**uicq̄d
aut̄ intelligibile atq̄ incōmutabile ē: non aliō
alio verius est: q̄ eque incōmutabiliter eter
num ē. **N**ec q̄d ibi magnū dicitur: aliunde ma
gnum est: q̄ eo q̄d vere est. **Q**uapropter vbi
magnitudo ip̄a veritas est: quicquid plus ha
bet magnitudinis: necesse est vt plus habeat
veritatis. **Q**uicquid ergo plus veritatis non
habet: non habet pl⁹ etiā magnitudinis. **P**or
ro quicquid plus habet veritatis: p̄fecto ve
rius est: sicut maius est quod plus habet ma
gnitudinis: hoc ergo ibi est maius q̄d verius.
Non aut̄ verius ē pater ⁊ filius simul: q̄ singu
lus pater: aut singulus filius. **N**on igit̄ maius
aliquid vtrūq̄ simul: q̄ singulum eorum. **E**t qm̄
eque vere est etiā sp̄s sanctus: nec pater ⁊ fi
lius simul: maius aliquid est q̄ ip̄e: q̄ nec ve
rius est. **P**ater quoq̄ ⁊ sp̄s sanctus sunt: qm̄
veritate non superant filium. **N**on em̄ verius
sunt: nec magnitudine superant. **A**tq̄ ita fili⁹
⁊ sp̄s sanctus simul: tam magnū aliquid sunt
q̄ pater solus: q̄ tam vere sunt. **S**ic ⁊ ip̄a tri
nitas tam magnū est: q̄ vnaqueq̄ ibi p̄sona.
Non em̄ ibi maior est: que verior non est: vbi
est ip̄a veritas magnitudo. **Q**uia in essentia
veritatis: hoc est v̄ esse q̄d est esse: ⁊ hoc est
esse q̄d est magnū esse: hoc ergo magnum eē
q̄d v̄ esse. **S**i igitur ibi eque verū est: etiā
eque magnum sit: necesse est.

Que de essentia veritatis que ē trinitas de⁹
nihil corporeum neq̄ mutabile debeat cogi
tari.

Capitulum. II.

In corporibus aut̄ fieri pōt: vt eque
verum sit hoc aurū atq̄ illud: s̄ mai⁹
hoc sit q̄ illud: q̄ non eadem ibi est
magnitudo que veritas. **A**liudq̄ illi est aurū
esse: aliud magnum eē. **S**ic ⁊ in animi natura
fm̄ q̄ d̄ magnus animus: nō fm̄ hoc dicit̄ ve
rus animus. **A**nimū em̄ verum habet etiā
q̄ non ē magnanimus: qm̄ quidem corporis et
animi cēntia: non est ip̄i⁹ veritatis essentia: si
cut. ē trinitas de⁹ vn̄: sol⁹: magn⁹: ver⁹: verax

veritas. **Q**uē si cogitare conamur quantum
finit ⁊ donat: null⁹ cogitetur per locoꝝ spacia
practus aut cōplexus: quasi trium corporum
nulla cōpago iuncture: sicut tricorpem geryo
nē fabule ferunt: s̄ quicq̄d aīo tale occurrerit:
vt maius sit in tribus q̄ in singulis minusq̄ in
vno q̄ in duob⁹: sine vlla dubitatōne respuat̄.
Ita em̄ respuit̄ esse corporeū. **I**n spiritualibus
aut̄: oē mutabile q̄d occurrerit non p̄t̄ de⁹.
Nō em̄ parue noticie p̄s est: cū de p̄fundo isto
in illam sūmitatē respiramus: si aīq̄ scire pos
sumus q̄d sit deus: possumus iā scire q̄d non
sit. **N**ō est em̄ certe nec terra: nec celū: nec q̄si
terra ⁊ celū: nec tale aliq̄d quale videmus in
celo: nec qcquid tale nō videmus. ⁊ est foras
sis in celo. **N**ec si augeas imaginatione cogi
tationis lucē solis quantum potes: siue quo sis
maior: siue quo sis clarioꝝ milies tm̄: aut inna
merabiliter: neq̄ h̄ de⁹. **N**ec sicut cogitanē
angeli mūdi sp̄s celestia corpa inspirātes: at
q̄ ad arbitriū q̄ seruiūt deo nutantes atq̄ ver
santes: nec si oēs cū sint milia milia in vnū col
lati: vnus fiant: nec tale aliq̄d deus seest. **N**ec si
eōsdē sp̄s sine corporib⁹ cogites: q̄d quidem
carnali cogitationi difficillimū est. **E**cce vide
si potes. **S**aīa p̄grauata corpe q̄d corrūpitur
⁊ onusta terrenis cogitationib⁹ multis ⁊ va
rijs: ecce vides si potes: de⁹ veritas est. **H**oc ei
scriptum est. **Q**m̄ deus lux est: nō quomō isti
oculi vidēt: s̄ quō videt cor: cū audit veritas ē
Noli q̄rere quid sit veritas: statim em̄ se oppo
nunt caligines imaginū corporalū: ⁊ nubila
phantasmatū: ⁊ p̄turbabūt serenitatē: q̄ p̄mo
ictu diluxit tibi: cū dicerē veritas. **E**cce in ip̄o
p̄mo icru: quo velut coruscātōne p̄stringeris:
cū d̄ veritas. **M**ane si potes: s̄ nō potest. **R**e
laberis in ista solita atq̄ terrena. **Q**uo tandē
pōdere q̄so relaberis nisi sordidū p̄tractax̄ cu
piditatis visco ⁊ pegrinatōis erroribus.

De vero sūmo ⁊ vno bono. Capitulum. III.

Ace iterū vide si potes. **N**on amas
e certe nisi bonū: q̄ bona est terra al
titudine montū ⁊ rēperamento col
liū: ⁊ planitie cāporū: ⁊ bonū p̄diū: amenum ⁊
fertile: ⁊ bona domus parib⁹ mēbris disposita
⁊ ampla: ⁊ lucida: ⁊ bona aīalia aīata corpa: ⁊
bonus aer modestus ⁊ salubris: ⁊ bon⁹ cibus
suavis atq̄ aptus valitudini: ⁊ bona valitudo
sine dolorib⁹ ⁊ lassitudine: ⁊ bona facies hoīs
dimēsa parit̄ ⁊ affecta hilarit̄: ⁊ luculenter co
lorata. **E**t bon⁹ anim⁹ amici p̄sensidōis dulce
dine ⁊ amoris fide. **E**t bon⁹ vir iustus: ⁊ bone
diuitie: q̄ facile expediunt. **E**t bonuz celū cū
sole ⁊ luna ⁊ stellis suis. **E**t boni angeli sancta

i. Job. i

obedientis. Et bona locutio suavis docens: et congruent monens audientem. Et bonum carmen: canox numeris: et sententijs graue. Quid plura et plura. Bonum hoc et bonum illud. Tolle hoc et illud. et vide ipsum bonum si potes: ita deum videbimus. Non alio bono bonum: sed bonum ois boni. Neque enim in his oib' bonis vel q' commemorauit: vel que alta cernunt siue cogitant: diceremus aliud alio meli' cum vere iudicamus: nisi esset nob' impressa notio ipsius boni. Nam q' et pbarem' aliqd: et aliud alij pponeremus. Sic amadus de': non hoc et illud bonum: sed ipsum bonum. Querendum enim bonum aie: non cui supuoliter iudicatio: sed cui debeat amado. Et qd' h' nisi de'. Non bonum animus aut bonus angelus: aut bonum celum: sed bonum bonum. Sic enim forte facili' aduertit: qd' velim dicere. Cum enim audio (verbi gra) q' dicitur animus bonus: sicut duo verba sunt: ita ex eis verb' duo quedam intelligo. Aliud quo animus est: aliud q' bonus. Et quidem ut animus esset: non egit ipse aliquid. Non enim ia erat: qui ageret ut esset. Ut autem sit bonus animus: video agendum esse voluntate: non quod id ipsum quo animus est: non est aliquid boni. Nam vni ia dicitur et verissime dicitur corpore melior: sed ideo nondum dicitur bonus animus quod restat ei actio voluntatis: qua sit pstantior: quam si neglexerit: iure culpa: recteque dicitur non bonus animus. Distat enim ab eo qui hoc agit. Et quia ille laudabilis: pfecto iste qui hoc non agit vitupabilis est. Cum vero agit hoc studio: et fit bonus animus: nisi se ad aliqd conuertat quod ipse non est: non potest hoc assequi. Quo se autem conuertit ut fiat bonus animus: nisi ad bonum: cum hoc amat et appetit: et adipiscitur. Vni si rursus se auertat: fiatque non bonus: hoc ipso q' se auertit a bono: nisi maneat in se illud bonum vni se auertit: non est quo se iterum si voluerit emendare conuertat. Quapropter nulla essent mutabilia bona nisi esset incommutabile bonum. Quia itaque audis bonum hoc et bonum illud: que pnt alias dici etiam non bona: si potueris sine illis q' participatione boni bona sunt: pspicere ipsum bonum: cuius participatione bona sunt: simul enim et ipsum intelligis cuius audis hoc aut illud bonum. Si ergo potueris: illis detractis p se ipsum pspicere bonum: pspexeris deum. Et si amore inhereris: continuo beatificaberis. Pudeat autem cum alia non amentur: nisi quod bona sunt: eis inherendo non amare bonum ipsum unde bona sunt. Illud etiam quod animus tunc quod est animus: etiam nondum eo modo bonus quo se conuertit ad incommutabile bonum: sed ut dixi tunc animus: cum ita nobis placet ut eum omni etiam luci corporee cum bene intelligimus preferamus: non in seipso nobis placet: sed in illa ar-

te qua factus est. Unde enim approbat factus vbi videtur fuisse faciendus: hec est veritas: et simplex bonum. Non enim est aliud aliquid q' ipsum bonum: ac per hoc etiam summum bonum. Non enim minus vel augeri bonum potest: nisi quod ex alio bono bonum est. Ad hoc se igitur animus conuertit ut bonus sit: a quo habet ut animus sit. Tunc ergo voluntas nature congruit ut pfecta sit in bono animus: cum illud bonum diligitur conuersione voluntatis: vni est et illud quod non amittitur: nec auersione voluntatis. Auertendo enim sese a summo bono: amittit animus ut sit bonus animus: non autem amittit ut sit animus cum et hoc ia bonum sit corpore melius: hoc ergo amittit voluntas: quod voluntas adipiscitur. Nam enim erat animus qui conuertit ad id vellet a quo erat. Qui autem vellet esse antequam esset: nondum erat: et hoc est bonum nostrum: vbi videmus vtrum esse debuerit aut debeat quicquid esse debuisse: aut debere comprehendimus: et vbi videmus esse non potuisse nisi esse debuisset: quicquid etiam quod esse debuerit comprehendimus. Hoc ergo bonum non longe positum est ab vnoquoque nostrum. In illo enim viuimus mouemur et sumus.

De dilectione in deum per fidem. Capitulum III.

Ad dilectione standum est ad illud: et inherendum illi: ut presente perfruamur a quo sumus: quo absente nec esse possumus. Cum enim p fidem adhuc ambulamus: non per speciem: nondum vtiq' videmus deum sicut idem ait: facie ad faciem: que tunc nisi nunc ia diligamus: nunquam videbimus. Sed quod diligit quod ignorat. Sciri enim aliquid et non diligi potest. Diligi autem quod nescit: quod vix possit: quod si non potest non diligit deum antequam sciat. Et quod deum scire: nisi eum mente pspicere: firmamque percipere. Non ei corpus est ut cerneis oculis inquirat. Sed et priusquam valeam' pspicere atque percipere deum: sic pspicere et percipere potest quod mundis cordibus. Beati enim mundi cordes: quod deum videbunt: nisi p fidem diligant: non poterit cor mundari: quod ad eum videndum sit aptum et idoneum. Ubi sunt enim illa tria: ppter que ia edificanda: oim diuinorum librorum machinamenta conseruunt: fides: spes: caritas: nisi in animo credente quod nondum videt: et sperante atque amate quod credit amat ergo et quod ignorat: sed tunc credit. Nimirum autem cauendum est: ne credens animus id quod non videt fingat sibi aliquid quod non est: et speret diligatque quod falsum est. Quod si sit: non erit caritas de corde puro et pscia bona: et fide non ficta: que finis pcepti est: sic apostolus dicit. Necessesse est autem cum aliqua corporalis lecta vel audita que non vidimus: credimus: fingat sibi aliquid animus in luce mentis formisq' corporum: sicut occurrerit

Act. 17.

2. Cor. 5.

Bar. 5.

1. Th. 1.

cogitanti: quod aut verum non sit: aut etiam si verū est quod rarissime potest accidere: nō hoc tamen fide vī teneamus quicquid prodest: sed aliud aliquid vtile: quod per hoc insinuat. **Q**uis enim legentium vel audientium quod scripsit apostolus paulus: vī que d' illo scripta sūt non fingat animo: et ipius apostoli faciem: et omnium quorum ibi nomina commemorantur. **E**t cum in tanta hominum multitudine quibus ille littere notescunt: alius aliter lineamenta figuramque illorum corporum cogiter: vtiq; incertus est. **N**eq; ibi occupatur fides nostra: qua facie corporis fuerint illi homines: sed tantum quia per dei gratiam ita vixerunt: et ea gesserunt quod scriptura illa testatur: hoc et vtile est credere: et non desperandum: et appetendum. **V**am et ipius domini facies carnis: innumerabilium cogitationum diversitate variatur et fingitur: que tamen vna erat: quecumque erat. **N**eq; enim in fide nostra quam de domino **J**esu christo habemus: illud salubre est quod sibi animus fingit: longe fortasse aliter quam res se habet. **S**ed illud quod secundum spiritum de homine cogitamus: habemus enim quasi regulariter infixam humane nature noticiam: secundum quam quicquid tale aspiciamus: statim hominem esse cognoscimus vel hominis formam.

De sacramento incarnationis domini et saluatoris nostri iesu christi. **K**aplin. V.

Secundum hanc noticiam cogitatio nostra informatur: cum credimus pro nobis deum hominem factum: ad humilitatis exemplum: et ad demonstrandam erga nos dilectionem dei. **H**oc enim nobis prodest credere et firmum atque inconcussus corde retinere: scilicet humilitatem qua natus est deus ex semina: et a mortalibus per tantas contumelias productus ad mortem: summum esse medicamentum: quo superbie nostre sanaretur tumor: et altum sacramentum quo peccati vinculum solueret. **S**ic et virtutem miraculorum ipsius et resurrectionis eius: quam nouimus quod sit omnipotentia de omnipotenti deo credimus: et secundum species et genera rerum vel natura insita: vel experientia collecta: de factis huiusmodi cogitamus: vt non ficta sit fides nostra. **N**eq; eius nouimus faciem virginis marie: ex qua ille a viro intacta: neque in ipso preter corrupta mirabiliter natus est. **N**ec quod membris rui liniamētis fuerit lazarus: nec bethaniā: nec sepulcrum: lapideque illum quem remoueri iussit: cuius eum resuscitaret vidimus: nec monumentum nouum excisum in petra vnde ipse resurrexit: nec montem oliueti vnde ascendit in celum. **N**eq; omnino scimus quicquam ista non vidimus: an ita sint vt ea cogitamus imo vero probabilius exi-

Job. ii.

Mat. 27

stimamus non esse ita. **N**amque cum alicuius facies vel loci vel hominis: vel cuiuslibet corporis eadem occurrerit oculis nostris quod occurrebat animo: cum eam prius videremus cogitabamus: non pro miraculo mouemur. **S**ed raro et pene nunquam accidit et tamen ea firmissime credimus: quod secundum spiritum generalemque noticiam quod certa nobis est cogitamus. **C**redimus enim dominum iesum christum natum de virgine quam maria vocabat. **Q**uid sit autem virgo et quod sit nasci: et quod sit nomen proprium non credimus: sed proorsus non uimus. **S**icut autem illa facies marie fuerit que occurrit animo cum illa loquimur aut recordamur: nec nouimus omnino nec credimus. **S**ed hic salua fide licet dicere: forte talem habebat faciem: forte non talem forte autem de virgine natus est christus: nemo salua fide christiana dixerit. **N**obis enim quoniam trinitatem et equalitatem et unitatem quantum datur intelligere cupimus: prius autem quam intelligamus credere debemus: vigilandum nobis est: ne ficta sit fides nostra. **E**adem quippe trinitate fruendum est: vt beate viuamus. **S**i autem falsum de illa crediderimus: inanis erit spes: et non casta caritas. **Q**uod igitur eam trinitatem quam non nouimus: credendo diligimus? **I**n secundum spiritum generalemve noticiam secundum quam diligimus apostolum **P**aulum. **Q**ui etiam si non ea facie fuit que nobis occurrit de illo cogitantibus: et hoc penitus ignoramus: nouimus tamen quid sit homo. **S**ed enim longe non eamus hoc sumus: id est homo: et illud hoc fuisse: et animam eius corpori copulatam mortaliter vixisse manifestum est. **H**oc ergo de illo credimus quod inuenimus in nobis: iuxta speciem vel genus quo humana omnis natura pariter continetur. **Q**uid igitur de illa excellentia trinitatis siue specialiter siue generaliter nouimus? quasi multe sint trinitates: quarum aliquas experti sumus: vt per regulam similitudinis impressam vel specialem vel generalem noticiam: illam quoque talem esse credamus: atque ita rem quam credimus et nondum nouimus: ex paritate rei quam nouimus diligamus? **Q**uod vtiq; non ita est. **I**n quemadmodum diligimus in domino **J**esu christo quod resurrexit a mortuis: quis inde neminem vniquam resurrexisse viderimus. **S**ed trinitatem quam non videmus: et qualem nullam vniquam vidimus possumus credendo diligere. **S**ed quid sit mori: et quid sit viuere: vtiq; scimus: quia et viuimus: et mortuos ac morientes aliquando vidimus: et experti sumus. **Q**uid est autem aliud resurgere: nisi reuiuiscere: id est ex morte ad vitam redire? **A**um ergo dicimus et credimus

esse trinitatē uouim⁹ qd sit trinitas. quia nouimus quid sint tria. sed non hoc diligimus. Nam id ubi volumus facile habem⁹: ut alia omittā: vel micando digitis tribus: an uero diligimus: nō qd omnis trinitas: s; qd trinitas deus: Hoc igitur diligimus in trinitate: qd de⁹ ē sed deū nullū aliū uidimus aut nouimus: qz vnus est deus: ille solus quē nōdum uidim⁹. et credēdo diligimus. Sed ex qua rerū notarum similitudine vel cōparatione credam⁹. qd etiā nōdū notū deū diligamus: h; querit.

Quid in sanctis q̄s nō uidim⁹ diligam⁹.

Edi ergo mecū: et **Ca. VI**

r consideremus cur diligamus apostolum. Nūquid nam ppter humanam speciem quā notissimā habemus: eo qd credimus eum hoīem fuisse: nō vtiq; Alioq; nūc nō est quē diligam⁹: qū qdem hō ille iam nō est. Nā em̄ eius a corpore separata ē. S; id qd in illo amamus: etiā nūc uiuere credimus. Amamus em̄ animū iustū. Ex qua ergo generali aut speciali regula: nisi quia scimus: et qd sit anim⁹: et qd sit iustus: Et anim⁹ quidem qd sit: nō incongrue nos dicim⁹ idō nosse: qz et nos habem⁹ animū. Neq; em̄ vnq; oculis uidimus: et ex similitudine visorū pluriū: notionē generalē specialem uel pcepimus. sed potius ut dixi. quia et nos habem⁹. Quid em̄ tam intime scitur. seq; ipm̄ eē sentit. q; id quo etiā cetera sentiunt. id est ipse animus: Nam et mot⁹ corporū qbus; pter nos alios uiuere sentimus. ex nostra similitudine agnoscim⁹. quia et nos ita mouemus corpus uiuendo. sicut illa corpora moueri aduertimus. Neq; em̄ cum corpus uiuū mouetur. apitur vlla via oculis nostris ad vidēdū animū. rem scz que oculis videri nō pōt. sed illi molī aliqd in esse sentim⁹ quale nob inest ad mouendum similiter molē nostrā: quod est vita et anima. Neq; em̄ quasi humane prudentie rōnisq; ppiū est. Et bestie q̄pe sentiunt uiuere: nō tñ seipsas. sed etiam seiniuem atq; alterutrū et nos ipsos. Nec aīas nostras vident. s; ex moribus corporis. idq; statū et facillime quadā cōspiratiōe naturali: Animum igitur cuiuslibet ex nostro nouimus. et ex nostro credimus quem nouimus. Non em̄ tñ sentim⁹ aīm s; etiā scire possum⁹ qd sit aīm. cōsideratiōe nr̄i. habem⁹ em̄ aīm. S; qd sit iustus vñ nouim⁹. Dixeram⁹ em̄ nos aplm̄ nō alia cā diligere nisi qd sit iustus aīm. Nouimus igitur qd sit iust⁹: sic qd anim⁹. s; quid sit animus ut dictū est nouim⁹ ex nobis inest ei animus nobis. quid aut sit iustus vñ nouimus. si

iusti nō sumus. **¶** Si nemo nouit qd sit iustus. nisi qd iustus ē: nemo diligit iustū nisi iust⁹. Nemo em̄ potest diligit quem iustum esse credit ob h; ipm̄. qz iustū esse credit si qd sit iustus ignorat. Scdm̄ qd supius demonstraui⁹ neminē diligit qd credit et nō videt: nisi ex aliqua regula noticie generalis siue sp̄alis. Ac p hoc si nō diligit iustū nisi iustus: quō uolet qsq; iustus eē qd nōdū ē: Nō ei uult qsq; esse qd nōdū diligit. Et aut sit iust⁹ qd nōdū ē ualeat vtiq; iustus eē. ut aut uelit diligit iustū. diligit igitur iustū. et qd nōdū iust⁹ ē. Dilige aut iustū nō pōt. si qd sit iust⁹ ignorat. Proinde nouit qd sit iust⁹. et qd nōdū ē. ubi igitur nouit. nō oculis uidit. An vllū corp⁹ iustū uelut albū aut nigrū. aut qdā. aut rotūdū qd h; dixerit ac oculi nō uidit nisi corpora. Iust⁹ aut i hoīe nō ē. nisi aīm⁹: Et cū hō iust⁹ dicit. ex aīo dicit. nō ex corpore. Est ei qdā pulchritudo animi iusticia q̄ pulchri s; hoīes. pleriq; etiā qd corpore distorti atq; deformes s; sicut ei aīmus nō uidet oculis. ita nec pulchritudo eius. Ubi igitur nouit qd sit iust⁹ qd nōdū ē. atq; ut sit diligit iustū. An signa qdā p motū corporis emicant. qbus ille aut ille hō esse iustus apparet. S; vñ nouit illa signa eē aī iusti. nesciēs quid oīno sit iust⁹: Nouit igitur. Sed ubi nouim⁹ qd sit iustus. etiam cum iusti nondum sumus. si extra nos nouimus. in corpore aliquo nouimus sed non est ista res corporis. In nobis igitur nouimus. quid sit iustus. Non enim alibi hoc inuenio cum quero ut hoc eloquar. nisi apud me ipsum. Et si interrogem aliud quid sit iustus apud seipsum querit quid respondeat. et quisquis hinc uerum respondere potuit. apud seipsum quid responderet inuenit. Et carthaginem quidem cum eloqui uolo. apud me ipsum quero ut eloquar. et apud me ipsum inuenio phantasia carthaginis. Sed eam p corpus accepi id est per corporis sensum. quoniam presens in ea corpore sui. et eam uidi atq; sensi. memoriaq; retinui. ut apud me inuenirem de illa uerbum. cum eam uellem dicere. Ipsa enim phantasia eius in memoria mea uerbum eius. non sonus iste trisyllabus. cum carthago nominatur. uel etiam cum tacere nomen ipsum per spacia temporum cogitat. sed illud quod in animo meo cerno. cum hoc trisyllabum uoce profero. uel anteq; proferam. Sic et alexandriam cum eloqui uolo quam nunq; uidi. presto est apud me phantasia ei⁹. Num enim a multis audissem et credidisset magnam esse illam urbem. sicut mihi narrari potuit fixi aīo meo imaginē ei⁹ q; potui et h; apud me uerbum eius. cum eam uolo dicere anteq;

Libe

voce quæ syllabas proferat: quod nomen eius ferre omnibus notum est. Quam tamen imaginem si ex animo meo proferre possem ad oculos hominum quæ alexandriam nouerunt: profecto aut omnes dicerent: non est ipsa: aut si dicerent: ipsa est. multum mirarer: atque inueniens in animo meo ipsam id est imaginem quasi picturam eius: ipsam tamen esse nescirem: sed eis crederem quod visam tenerem. Non autem ita quero quid sit iustus: nec ita inuenio: nec ita intueor cum id eloquor: nec ita probor cum audio: nec ita probor cum audio: quasi tale aliquid oculis videri: aut villo corporis sensu didicerim: aut ab eis quæ ita didicissent audierim. Deum enim dico et scieris dico: iustus est animus quæ scientia atque ratione in vita et moribus sua cuius distribuit: non aliquam rem absentem cogito: sicut carthaginem: aut fingo ut possum sicut alexandriam: siue ita sit siue non ita: sed prius quiddam cerno: et cerno apud me: etsi non sum ipse quod cerno: et multi qui audierunt approbaverunt. Et quis me audit atque scienter approbat: apud se et ipse hoc idem cernit: etiam si non sit ipse quod cernit. Iustus vero cum id dicit: id quod ipse est cernit et dicit. Et ubi etiam ipse cernit: nisi apud seipsum? Sed hoc mirum non est. Ubi enim se cerneret: nisi apud seipsum? Illud mirabile est ut apud se animus videat quod alibi nescit vidit: et verum videat: et ipsum verum scilicet iustum animum videat: et sit ipse animus: et non sit iustus animus: quæ apud se ipsum videt. Num est alius animus iustus in animo nondum iusto: aut si non est quæ ibi videt cum videt: et dicit quod sit animus iustus. nec alibi quæ in seipso videt: cum ipse non sit animus iustus? An illud quod videt veritas est interior prius animo: qui eam valet intueri: neque omnes valent. Et qui intueri valent hoc etiam quod intuent non omnes sunt: hoc est non sunt etiam ipsi iusti animi: sicut possunt videre ac dicere quid sit iustus animus. id est iusti. Quod vni esse potuerunt: nisi inherendo eidem ipsi forme quam intuent ut inde formarent: et sint isti animi: non tamen cernentes: aut dicentes iustum esse animum qui scientia atque ratione in vita ac moribus sua cuius distribuit: sed etiam ut ipsi iuste viuam: iusteq; morati sint: sua cuius distribuendo: ut nemini quicquam debeant nisi ut inuicem diligant. Et vni inherere illi forme: nisi amando? cur ergo alium diligimus quæ credimus iustum: et non diligimus ipsam formam: ubi videmus quod sit iustus animus? ut et nos iusti esse possim? An vero nisi et istam diligeremus nullo modo cum diligerem? quæ diligimus ex ista: sed dum iusti non sumus: minus eam diligimus quam ut iusti esse valeamus. Homo ergo qui credit iustus ex ea forma et

veritate diligit: quam cernit: et intelligit apud se ille quæ diligit. ipsa vero forma et veritas non est quod aliunde diligit. Neque enim inuenimus aliquid tale propter ipsam ut eam cum incognita est credendo diligamus ex eo quod iam tale aliquid nouimus. Quicquid enim tale aliquid perspexeris ipsa est: et non est quicquam tale: quam sola ipsa talis est: qualis ipsa est. Qui ergo amat homines: aut quæ iusti sunt: aut ut iusti sint amare debet. Sic enim semetipsum amare debet: aut quæ iustus est: aut ut iustus sit. Sic ei diligit proximum tamquam seipsum sine villo periculo. Qui enim aliter se diligit: iniuste se diligit: quam se ad hoc diligit ut sit iniustus. Ad hoc ergo ut sit malus: ac pro hoc iam non se diligit. Qui enim diligit iniquitatem: odit animam suam.

De vera dilectione.

Ca. VII.

Capitulum propter non est precipue videndum quod in hac questione quæ de trinitate nobis est: et de cognoscendo deo: nisi quod sit vera dilectio: imo vero quod sit dilectio. ea quippe dilectio dicenda que vera est: alioquin cupiditas est: atque ita cupidi abusu dicunt diligere: quemadmodum cupere abusu dicunt: quæ diligunt. Hec est autem vera dilectio ut inherentes veritati iuste viuam: et ideo contemnamus omnia mortalia pro amore hominum: quos eos volumus iuste viuere. Ita enim et mori pro fratribus vni iter parati esse poterimus: quod nos dominus Iesus christus exemplo suo docuit. Cum ei duo precepta sint in quibus tota lex pendet et prophete: dilectio dei et dilectio proximi: non immerito plerumque scriptura pro vtroque vnum ponit. Siue tamen dei: sicut est illud. Scimus quam diligentibus deum omnia cooperantur in bonum. Et iterum quisquis autem diligit deum hic cognitus est ab eo. Et illud: Quoniam charitas dei diffusa est in cordibus nostris pro spiritu sancto quæ datus est nobis. Et alia multa: quia et qui diligit deum: consequens est ut faciat quod precipit deus: et intantum diligit in quantum facit: consequens ergo est ut et proximum diligat: quia hoc precipit deus. Siue tamen proximi dilectione scriptura commemorat: sicut est illud. Inuicem onera vestra portate: et sic adimplebitis legem christi. Et illud. Omnis enim lex in vno sermone impletur: in eo quod scriptum est: diliges proximum tuum tanquam teipsum. Et in euangelio. Omnia quecumque vultis ut faciant vobis homines: ita et vos facite illis. hec enim est lex et prophete. Et pleraque alia reperimus in litteris sanctis: in quibus sola dilectio proximi ad perfectionem precipi videtur: et taceri de dilectione dei: cum in vtroque lex pendat et prophete. Sed et hoc ideo: quia et qui

Pa. 10

Mat. 22

Rom. 9

1. Cor. 8

Roma. 1

Gal. 6

1. Cor. 13

Mat. 7

1. Job. 4 primū diligit: cōsequēs est vt ipsam p̄cipue dilectionē diligit. Deus aut̄ dilectio est: et q̄ manet in dilectioe in deo manet. Cōsequēs igit̄ vt p̄cipue deū diligit. Quapropter qui querūt deū p̄ istas p̄tates que mundo p̄sunt vel p̄ribus mūdi: auferunt ab eo longeq; iactant: nō interuallis locorū: sed diuersitate affectuum. Exterius em̄ conant̄ ire: et interiora sua deserūt quibus interior est deus. Itaq; si aliquā etiā sanctā p̄tatem vel audierunt: vel vt cūq; cogitauerūt: facta magis eius appetunt que humana mirat̄ infirmitas: nō imitant̄ pietatē qua diuina req̄es compatur. Valuit em̄ sup̄ hoc posse qd̄ angelus: qd̄ deuote hoc esse qd̄ angelus. Nō em̄ sanctus quisq; p̄tate sua gaudet: s̄ et a q̄ habet posse quicqd̄ cōgruenter p̄t: Et nouit potentius esse cōiungi om̄ipotentī pia uolūtate: q̄ propria uolūtate posse qd̄ cōtremiscant qui talia nō p̄t. Itaq; ip̄e d̄s Iesus christus talia faciens: vt mirātes doceret ampliora: et temporalibus insolitis int̄tos atq; suspēsos ad eterna atq; interiora cōuerteret. Venite inquit ad me oēs qui laboratis et onerati estis: et ego reficiā uos: tollite iugū meū sup̄ uos. Et nō ait: discite a me quadriduanos mortuos suscitare: sed ait: Discite a me qm̄ m̄is sum et humilis corde. Potentior ē em̄ et tutior: solidissima humilitas: q̄ uentosissima celsitudo. Et ideo sequit̄: dicens: Et inuenietis requiē animab' uelutis. Dilectio em̄ nō infat̄: et deus dilectio est: et fideles in dilectione acquiescēt illi: reuocati a strepitu qui foris est: ad gaudia silentia. Ecce de' dilectio est: vt qd̄ inuis et currimus in sublima celorū et ima terrarū querētes euz q̄ est apud nos: si nos uelimus esse apud eū.

Qui fratrem diligit deum diligit qui amat et ipsam dilectionem que ex deo ē et deus est.

Ca. VIII.

Em̄ dicat: nō noui quid diligam: Diligat fratrem: et diligit eandē dilectionē. Magis em̄ nouit dilectioez qua diligit: q̄ fratrem que diligit. Ecce iā p̄t notio: ē deū habere q̄ fratrem. Plane notiorē quia presentiorē: notiorē quia interiorē: notiorē: qz certiorē. Amplexere dilectionez deū: et dilectione amplectere deū. Ipsa ē dilectio que oēs bonos angelos: et oēs dei seruos confociat uinculo sanctitatis: nosq; et illos cōiungit inuicē nobis: et subiungit sibi. Quāto igit̄ saniores sum' a timore sup̄bie: tanto sumus dilectione pleniores. Et q̄ nisi deo plen' ē: qui plen' est dilectioe? At enim

charitatē video: et quātū possum eā mēte cōspicio: et credo scripture dicēti: **1. Job. 4** Am̄ de' charitas ē: et q̄ manet in charitate: in deo manet. Sed cū illā video: nō in ea video trinitatem imo uero uides trinitatem: si charitatem uides. Sed cōmonebo si potero: vt uide te uideas assit tantū ipsa: vt moneamur charitate ad aliqd̄ bonū. Quia cū diligimus charitatem aliquid diligētē diligimus: propter hoc ip̄m: quia diligit aliquid. Ergo quid diligit charitas vt possit etiā ipsa charitas diligit? Charitas em̄ nō ē que nūbi diligit. Si autem seipsam diligit: diligit aliquid qd̄ oportet vt charitatem se diligit. Sicut em̄ uerbū indicat aliquid: indicat etiā seip̄m: sed nō se uerbū indicat: nisi se aliquid indicare indicet. Sic et charitas diligit qd̄ se: s̄ nū se aliquid diligen' ē diligit: nō charitatē se diligit. Quid ergo diligit charitas nisi qd̄ charitate diligimus? Id aut̄ vt a pximo puehamur frater est. Dilectionē aut̄ fraternā quātū cōmendet Jobes ap̄s attendamus. Qui diligit inq̄t fratrem suū in lumine manet: et scādalum in eo nō ē. Manifestū ē q̄ iusticie perfectionē in fratris dilectioe posuerit. Nam in quo scādalum nō est: vniq; p̄fect' est. Et tū uidei dilectionē dei tacuisse: qd̄ nunq; facere: nisi quia in ipsa fraternā dilectione uult intelligi deū. Aptissime em̄ in eadē ep̄stola paulo post ita dicit: Dilectissimi diligam' inuicem: quia dilectio ex deo est. Et om̄is q̄ diligit: ex deo natus est: et cognoscit deū. q̄ nō diligit: nō cognouit deū: quia deus dilectio ē. Ista cōtextio satis apteq; declarat eandē ip̄am fraternā dilectionē: nam fraternā dilectio est qua diligimus inuicē: nō solū ex deo sed etiā deū esse: quā uidem' tanta auctoritate p̄dicari. Cū igit̄ de dilectione diligim' fratrem de deo diligimus fratrem. Nec fieri p̄t vt eandē dilectionē nō p̄cipue diligam': qua fratrem diligimus. Cū colligit: duo illa precepta nō posse sine inuicē. Cū q̄pe deus dilectio est: deū certe diligit: qui diligit dilectionem. Dilectionē aut̄ necesse ē diligit: q̄ diligit fratrem. Et iō paulo post ait: Nō p̄t deum diligere quem non uidet: qui fratrem que uidet nō diligit: qz h̄ illi cā ē nō uidēdi deū q̄ nō diligit fr̄m: q̄ em̄ si diligit fr̄m nō ē dilectioe: et q̄ nō ē in dilectioe: nō ē in deo: qz de' dilectio ē. Porro q̄ nō ē in deo: nō ē in lumine quia deus lumen est: et tenebre in eo nō sunt uile. Qui ergo non est in lumine: quid mirū si nō uidet lumen: id est nō uidet deum quia in tenebris est. Fratrem autem uidet huma

1. Job. 2

Ibidē. 4

Ibidē

1. Job. 4

1. Job. 1

no visu: quo videri deus nō pōt. **S**z si eū quē videt humano visu: spiritali charitate diligere: videret deū q̄ est ipsa charitas visu interiore q̄ videri pōt. Itaq̄ qui fratrem quē videt nō diligit: deū quē propterea nō videt: q̄ deus dilectio est: qua caret q̄ fratrem nō diligit: quō pōt diligere. **N**ec illa iā questio moueat q̄tū fratri charitatis debeam⁹ impendere: q̄tū deo incompatibiliter plus q̄ nobis: fratri em̄ quātū nobis ipsis. **N**os autē ipsos tāto magis diligimus: quātō magis diligim⁹ deū. **E**x vna igit̄ eadēq̄ charitate deū proximūq̄ diligimus. **S**ed deū p̄pter deū: nos autē et proximū propter deum.

Quid ex ea forma qua diligit iustus diligit deus: quia nō pōt ea que dilectionē excitat forma nō diligi: eademq̄ est deus: quia de⁹ charitas est. **L**a. IX.

2. Cor. 6

Quid em̄ est queso q̄ exardescimus cū audimus et legimus: **E**cce nunc tempus acceptabile: ecce nūc dies salutis: nullā in quōq̄ dantes offensionem: vt nō reprehendat ministeriū nostrū: s̄ in omnibus cōmendantes nosmetipsos vt dei ministros: in multa patientia: in tribulatiōib⁹ in necessitatib⁹: in angustijs: in plagis: in carceribus: in seditiōib⁹: in laborib⁹: in vigilijs: in ieiunijs: in castitate: in scientia: in longanimitate: in bonitate: in spiritu sancto: in caritate nō ficta: in verbo veritatis: in virtute dei: p̄ arma iusticie a dextris et a sinistris: p̄ gloriā et ignobilitatem: p̄ infamiā et bonā famam: vt seductores et veraces: vt q̄ ignoramus et cognoscamus: quasi morientes et ecce viuimus: vt coerciti et nō mortificati: vt tristes semp̄ autē gaudētes: sicut egentes multos autē ditantes: tanq̄ nihil hātes et oīa possidentes. **Q**uid em̄ est q̄ accēdimur in dilectionem pauli apli: cū ista legim⁹: nisi q̄ credimus eum ita vixisse: **Q**uendū tñ sic eē dei ministris: nō de aliq̄bus auditū credimus: s̄ intus apud nos vel potius supra nos in ipa veritate conspiciam⁹. **I**llum q̄ quē sic vixisse credimus: ex hoc q̄ videmus diligimus. **E**t nisi hāc formā quā sp̄ stabilē atq̄ cōmutabilē cernim⁹ p̄cipue diligere nō iō diligerem⁹ illum: quia ei⁹ vitā cū in carne viueret: huic forme coaptatā et cōgruentē fuisse: fide retinemus. **S**ed nescio quō amplius et in ipsius forme charitatem excitamur: p̄ fidem q̄ credim⁹ vixisse sic aliquem: et spem q̄ nos quoq̄ ita posse viuere qui homines sum⁹: ex eo q̄ aliq̄ hoies ita vixerūt minie desperam⁹ vt h̄ et desideremus ardentius: et fidētius p̄cemur.

Ita et ipsoz vitā facit a nobis diligi forme illi⁹ dilectio scdm̄ quā vixisse credunt: et illoz vitā credita: in eandē formā flagrantiorē excitat caritatē: vt q̄to flagrantior diligit⁹ deū: tāto certius sereniusq̄ videamus: q̄ in dea cōspicimus incōmutabilē formā iusticie: scdm̄ quā hoies viuere optere iudicam⁹. **V**aleat ergo si des ad cognitionē et ad dilectionē dei: nō tanq̄ oīno incogniti: aut omnino non dilecti: sed quo cognoscat manifesti⁹ et q̄ firmam⁹ diligat.

De amante et quod amat et amore. **L**a. X.

Quid est autē dilectio vel caritas quā tantopere scriptura diuina laudat et p̄dicat: nisi amor boni. **A**mor autē alicuius amāris est: et amore aliq̄d amat. **E**cce tria sunt: amans et quod amat: et amor. **Q**uid est q̄ amor nisi quedā vita duo aliq̄ copulans vel copulare appetēs: amantē scz et quod amat. **E**t h̄ etiā in extremis carnalibusq̄ amoribus ita est: sed vt aliq̄d purius et liquidius hauriamus: calcata carne ascēdam⁹ ad aīm. **Q**uid amat animus in amico: nisi animū. **E**t illic igit̄ tria sunt: amāris et quod amat: et amor. **R**estat etiā huic ascēdere et superius ista q̄rere q̄tū homini dat. **S**ed hic paululū req̄scat intentio: nō vt se iam existimet inuenisse quod q̄rit: s̄ sicut solet inueniri locus vbi iā querendū est aliq̄d: non dū illud inuentū est: s̄ iam inuentū est vbi q̄ratur ita h̄ dixisse suffecerit: vt tanq̄ ab articulo alicuius exordij cetera contexamus.

ExPLICIT LIBER OCTAUIUS

INCIPIUNT CAPITULA LIBRI NONI.

- i De deo semp̄ querendo
- ij De amore: an tria sint: amāris: et quod amatur: et amor: an autem duo sint cum quis non aliū q̄ seipsum diligit.
- iiij De mēte et noticia eius et volūtate.
- vj De noticia qua mens nō solum se: sed etiā alias mētes nosse regulariter potest.
- vii De verbo quod mēs ex eterna cōcipit veritate.
- viii Quali amore diligi debeat creatura.
- ix Quo differat dilectio rerum spiri-

talium ab amore carnalium.

x Non omnia que noticia comprehendit dici possit concepta.

xj Concepte noticiae similitudine tunc ad equalitatem mentis accedere: cum id quod cognoscitur neque inferioris neque superioris nature est.

xij Cur sicut noticia mentis est proles: non etiam amor: partus eiusdem sit.

Aurelij augustini epi liber nonus incipit.

De deo semper querendo. Capitulum I.

Utrinitatem certe querimus: non quam liber: sed illam trinitatem que deus est: verusque ac summus: et solus deus.

Expecta ergo quisquis hoc audis.

Adhuc enim querimus. Et talia querentem nemo

iuste reprehendit: si tamen in fide firmissimum querat:

quod aut nosse: aut eloqui difficillimum est. Affirmantem vero cito iusteque reprehendit quisque

melius vel videt vel docet. Querite inquit deum

et vivet anima vestra. Et ne quisque se tanquam apprehendisse temere gaudeat: querite inquit faciem

eius semper. Et apostolus. Si quis se inquit

putat aliquid scire: nondum scit quemadmodum

scire oportet. Quisquis autem diligit deum: hic

cognitus est ab illo. Nec sic quidem dixit: cognovit

illud: que periculosa presumptio est. sed cognitus

est ab illo. Sed et alibi cum dixisset. Tunc

autem cognoscentes deum: statim corrigens. Imo

cogniti inquit a deo: maximeque illo loco.

Fratres inquit ego meipsum non arbitror apprehendisse.

Unum autem: que retro oblitus in ea

que ante sunt extensus: secundum intentionem se

quor ad palmam superne vocatus dei in christo

jesu. Quotquot ergo perfecti: hoc sapiamus.

Perfectionem in hac vita dicit: non aliud quam ea

que retro sunt oblitisci: et in ea que ante sunt

extendi secundum intentionem. Tutissima est enim

querentis intentio: donec apprehendatur illud

quo tendimus et quo extendimur. Sed ea

recta intentio est que proficitur a fide. Verum

tamen fides utcumque inchoat cognitionem. Cognitio

vera certa non perficitur: nisi post hanc

vitam: cum videbimus faciem ad faciem. Hoc ergo

sapiamus ut noverimus tutiores esse affectum

vera querendi: quam incognita per cognitionis presu-

mendi. Sic ergo queramus tanquam inveniendi:

et sic inveniamus tanquam quesituri. Cum enim

consummaverit homo: tunc incipit. De credendis

nulla infidelitate dubitemus: de intelligendis

nulla temeritate affirmemus. In illis au-

toritas tenenda est: in his veritas exquirenda.

Quod ergo ad istam questionem attinet: credamus

patrem et filium et spiritum sanctum

esse unum deum: uniuersae creature conditorem atque rectorem: Nec patrem esse filium: nec spiritum sanctum vel patrem esse vel filium: sed trinitatem relatarum ad invicem personarum: et unitatem equalis essentie: Hoc autem queramus intelligere ab eo ipso quem intelligere volumus auxilium precantes: et quantum tribuit: quod intelligimus explicare tanta cura et sollicitudine pietatis: ut etiam si aliquid aliud pro alio dicimus: nihil tamen indignum dicamus. Ut si quid: verbi gratia: de patre dicimus quod patri proprie non conveniat: aut filio conveniat aut spiritui sancto: aut ipsi trinitati: et si: quid de filio quod filio proprie non congruat: saltem congruat patri: aut spiritui sancto: aut trinitati. Item si quid de spiritui sancto quod proprietatem spiritus sancti: non deceat: non tamen alienum sit a patre aut filio: aut ab uno deo ipsa trinitate: veluti nunc cupimus videre utrum illa excellentissima caritas proprie spiritus sanctus sit: quod si non est: aut pater est caritas: aut filius: aut ipsa trinitas: quam resistere non possumus certissime fidei: et validissime auctoritati scripture dicentis: Deus caritas est: non tamen debemus deuiare sacrilego errore: ut aliquid de trinitate dicamus: quod non creatori: sed creature potius conveniat: aut inani cogitatione fingatur: Que cum ita sint attendamus ista tria: que inuenisse nobis videmur. Nondum de supernis loquimur: nondum de deo patre et filio et spiritui sancto: sed de hac impari imagine: et cum imagine: id est homine: familiarius enim eam et facilius fortassis intuetur mentis nostre infirmitas.

An tria sint amans et quod amat et amor. An autem duo sint cum quis non alium quam seipsum diligit

Capitulum II

Ecce ego qui hoc quaero: cum aliquid amantia sunt: ego: et quod amo: et ipse amor.

Non enim amo amorem: nisi amantem amem. Nam non est amor: ubi nihil amat. Tria ergo sunt: amans: et quod amatur: et amor. Quod si non amem nisi meipsum: nonne due erunt quod amo et amor: Amans enim et quod amatur: hoc idem est: quoniam se ipse amat: sicut amare et amari: eodem modo idem est cum se quisque amat. Eadem quippe res bis dicitur: cum dicitur: amat se: et amatur a se. Tunc enim non est aliud atque aliud amare et amari: sicut non est alius atque alius: amans et amatus. At vero amor: et quod amatur: etiam sic duo sunt. Non enim quisque se amat amor est: nisi cum amatur ipse amor. Aliud est autem amare se: aliud est amare amorem suum. Non enim amat amor: nisi iam aliquid amans: quod ubi nihil amatur: nullus est amor. Duo ergo sunt

1. Job. 4.

Libe

cum se quisq; amat. amor et quod amat. Tūc enim amans et quod amatur vñū est. Unde videtur nō esse cōsequens: vt vbiq; amor fuerit: iam tria intelligantur. Auferamus enī ab hoc consideratione cetera que multa sunt quibus hō constat: atq; vt hec que nunc requirimus quantū in his rebus possumus liq̄do reperiamus: de sola mente tractemus. Mens igitur cū amat seipam: duo quedam ostendit mentē et amorem. Quid est autē amare se: nisi sibi p̄sto esse velle ad fruendū se. Et cum tñ se vult esse quantum est: par mentivoluntas est et amantiam amor equalis. Et si aliqua substantia est amor: non est vtiq; corpus: sed spiritus. nec mens corpus: sed spiritus est. Neq; tñ amor et mens duo spiritus: sed vnus spiritus: nec eēntie due: sed vna: et tñ duo quedam vnum sunt amans et amor: siue sic dicat quod amatur. et amor. Et hoc quidem duo: relatiue adinuicē dicuntur. Amans quippe ad amorem refertur et amor ad amantē. Amans enim aliquo amore amat: et amor alicuius amantis est. Mens vero et spiritus non relatiue dicuntur sed essentias demonstrant. Non enim quia mens et spūs alicuius hoīs est: ideo mens et spūs in se nō manent. Retracto ei eo quod hō ē: qd̄ adiuñcto corpore dicitur: mens et spūs manent. Retracto autē amate nullus ē amor: et retracto amore nullus est amans. Ideoq; quantū adinuicē referūt: duo sunt. Quia autē ad se dicuntur: et singula spiritus: et simul vtrūq; vnus spūs: et singula mēs et simul vtrūq; vna mens. Ubi ergo trinitas attendamus quantū possumus: et inuocemur lucez sempiternā vt illuminet tenebras nras et videamur in nobis q̄ntū simimur imaginē dei.

De mēte et noticia ei⁹ et volūtate. Cap. III

Mens enim amare seipam non pōt. nisi etiā se nouerit. Nam quō amat qd̄ nescit. Aut si quisq; dicit ex noticia generali vel speciali mentem credere se eē talem: qualē alias expta est: et ideo amare semetipam insipientissime loquitur. Unde enim mens aliquā mentem nouit: si se nō nouit. Neq; enim vt oculus corporis videt alios oculos: et se nō videt: ita mens nouit alias mentes et ignorat semetipam. Per oculos enim corporis corpa videmus: qz radios qui p̄ eos emicant: et q̄qd̄ cernimus tangunt: refringere vel retorquerē in ipos non possumus: nisi cū specula intuemur. Quod subtilissime obscurissimeq; disserritur: donec apertissime demōstretur: vel ita se rem habere vel non ita. Sed quoquo modo se habeat vis qua per oculos cernimus: ipam certe vim: siue sint radij: siue aliud aliquid oculi

lis cernere non valemus: sed mentē quērīm⁹ et si fieri pōt: etiam hoc mente cōphēdim⁹. Mens ergo ipa sicut corporeaz rerū noticiaz p̄ sensus corporis colligit: sic incorporeaz rerū per semetipam. Ergo et semetipam p̄ se ipam nouit: qm̄ est incorporea. Nam si non se nouit: non se amat.

Tria esse in aīa que sunt vñū mentē et noticiaz sui et amorem. **Cap. III**

Icūt autē duo quedam sunt: mens et amor eius cū se amat: ita quedā duo sunt mens et noticia eius cū se nouit. Igitur ipa mens et amor: et noticia eius: tria q̄dam sunt: et hec tria vnum sunt: et cū perfecta sunt: equalia sunt. Si enim minus se amat q̄ est vt verbi gratia: tantū se amat hoīs mens q̄ntum amandū est corpus hoīs: cum plus sit ipa q̄ corpus: peccat: et nō est p̄fectus amor eius. Item si amplius se amat q̄ est: velut si tantuz se amet quantū amandus est deus: dū incomparabiliter minus sit ipa q̄ deus: etiam sic nimio peccat et non perfectum habet amorē sui. Maiore autē pueritate et iniquitate peccat: cum corpus tantum amat quantū amandus est deus: Item noticia si minor est: q̄ est illud quod noscitur: et plene nosci potest: p̄fecta non est. Si autē maior est: iam superior est natura q̄ nouit q̄ illa q̄ nota est: sicut maior est noticia corporis: q̄ ipm̄ corpus quod ea noticia notū est. Illa enim vita quedam est in ratione cognoscens: corpus autē non est vita: et vita quelibet quolibet corpore maior est: non mole sed vi. Mens vero cum seipam cognoscit: non se supat noticia sua: qz ipa cognoscit: ipa cognoscit. Quia ergo se totā cognoscit: neq; secū q̄c̄q; aliud: par illi ē cognitio sua: qz neq; ex alia natura est eius cognitio: cū seipam cognoscit. Et cum se totam nihil amplius p̄cipit: nec minor nec maior est. Recta igitur diximus hec tria: cum p̄fecta sunt: esse consequenter eālia. Si etiam admonemur: si vtrūq; videre possum⁹ hęc in anima existere: et tanq̄ inuoluta euolui vt sentiamur et dinumerent substantia liter vt vt ita dicam: essentialiter: non tanq̄ in subiecto: vt color: aut figura in corpore: aut vlla q̄litas: aut quantitas. Quicqd̄ enim tale est: non excedit subiectū in quo est. Non enim color iste aut figura huius corporis pōt esse et alterius corporis. Mens autē amore quo se amat pōt amare et aliud preter se. Item non se solam cognoscit mens: sed et alia multa. Nobrem nō amor et cognitio tanq̄ in subiecto insunt mēti sed substantia liter etiam ista sunt sic ipa mēs quia et si relatiue dicuntur adinuicem: in sua

tamen sunt singula queq; substantia. Non sic color et coloratum relative ita dicuntur adinuicem. ut color in subiecto colorato sit: non habens in seipso propriam substantiam: quoniam coloratum corpus substantia est. ille autem in substantia: sed sicut duo amici etiam duo sunt homines: que sunt substantie cum homines non relative dicantur. amici autem relative. Sed item quis substantia sit amans vel sciens substantia sit scientia: substantia sit amor: sed amans et amor. aut sciens et scientia: relative ad se dicantur sicut amici. Mens vero aut spiritus non sunt relativa: sicut nec homines relativa sunt: non tamen sicut amici homines possunt seorsum esse abinuicem: sic amans et amor. aut sciens et scientia. Quis et amici corpore videntur separari posse: non animo. in quantum amici sunt. verum fieri potest. ut amicus amicum etiam odisse incipiat et corpore amicus esse desinat. nesciente: illo: et adhuc amante. Amor autem quo se mens amat: si esse desinat simul et illa desinat esse amans. Item noticia qua se mens nouit: si esse desinat: simul et illa nosse se desinat. Sic caput capitati alicuius vtiq; caput est. et relative ad se dicuntur quis etiam substantie sint. Nam et caput corpus est. et caputatum. Et si non sit corpus: nec capitatū erit. Sed hec precisione abinuicem separari potest. illa non possunt: si sunt aliqua corpora que secari omnino et diuidi nequeunt: tamen nisi partibus suis constarent corpora non essent pars ergo ad totum relative dicitur: quia ois pars alicuius totius pars est: et totū oibus partibus totū est. Sed quoniam et pars corpus est et totum: non tamen ista relative dicuntur. sed etiam substantialiter dicuntur. Fortassis ergo mens totū est et eius quasi partes amor quo se amat et scientia qua se nouit: quibus duabus partibus illud totū constat. An tres sunt equales partes quibus totū vnum completur. Sed nulla pars: totū cuius pars est complectitur. Mens vero cum se totam nouit: hoc est perfecte nouit per totū eius est noticia eius. Et cum se perfecte amat: totā se amat: et per totū eius est amor eius. Num ergo sicut ex vino et aqua et melle vna sit portio: et singula per totum sunt: et tamen tria sunt. nulla enim pars est portiois que non habeat hec tria: non enim iuncta velut si aqua et oleum essent: sed omnino comixta sunt: et substantie sunt omnes: et totus ille liquor vna quidam est ex tribus confecta substantia. Tale aliquid arbitrandū est esse simul hec tria: mentem amorem: noticiam: sed non vnius substantie sunt aqua: vinum: et mel: quis ex eorum com-

mixtione fiat vna substantia portiois: Quod autem illa tria non sunt eiusdem substantie non video: cum mens ipsa se amet: atque ipsa se nouerit: atque ita sint hec tria: ut non alteri alicui reze mens vel amata vel nota sit. Quis ergo eiusdemque essentie necesse est hec tria sint: et ideo si tanquam comixtione confusa essent: nullomodo essent tria: nec referri adinuicem possent. Quod admodum si ex vno eodemque auro tres annulos similes facias: quis connexos sibi referat adinuicem que similes sunt. Omnis enim similis alicui similis est: et trinitas anulorum est: et vnum aurum: et si misceantur sibi et per totam singuli massam suam conspergantur intercidet illa trinitas: et oino non erit: ac non solum vnum aurum dicitur: sicut in illis tribus anulis dicebatur: sed iam nulla aurea tria

mens et amor et noticia et singula in se mancant et oia in oibus

Caplin. V.

In illis tribus cum se nouit mens et amat se: manet trinitas: mens et amor: noticia: et nulla comixtione confunditur. quis et singula sint in seipsis. et inuicem tota in totis: siue singula in binis: siue binaria in singulis. Itaque oia in oibus. Nam et mens est vtiq; in seipsa: quoniam ad seipsam mens dicitur: quis noscens vel nota: vel noscibilis: ad suam noticiam relative dicatur. Amans quoque et amata vel amabilis ad amorem referatur: que se amat et noticia: quis referatur ad mentem cognoscentem vel cognitam. tamen et ad seipsam nota et noscens dicitur. Non enim sibi est incognita noticia: qua se mens ipsa cognoscit. Et amor quis referatur ad mentem amantem cuius amor est: tamen et ad seipsam est amor. ut sit etiam in seipso: quia et amor amatur. Nec alio nisi amore amari potest: id est seipso. Ita sunt hec singula in seipsis. In alterius autem ita sunt: quia et mens amans in amore est. et amor in amantis noticia: et noticia in mente noscente. Singula in binis ita sunt quia mens que se nouit et amat. in amore et noticia sua est: et amor amantis mentis seseque scientis. in mente noticiaque eius est. Et noticia mentis se scientis et amantis in mente atque in amore eius est. quia scientes se amat et amantem se nouit. Et per hoc et binaria in singulis: quia mens que se nouit et amat cum sua noticia est in amore: et cum suo amore in noticia. Amor quippe ipse et noticia simul sunt in mente: que se amat et nouit. Tota vero in totis. quemadmodum sint. iam supra ostendimus. cum se tota mens amat. et totam nouit. et totum amorem suum nouit. totamque amat noticiam suam. quando tria ista ad seipsa

Liber

perfecta sunt. **A**d id itaq; modo tria ista inseparabilia sunt a semetipsis. et tamē eorum singulum quodq; substantia est. et simul omnia vna substantia vel essentia: cum et relatiue dicantur adinuicem.

De noticia qua mens non solum se: sed etiam alias mentes nosse regulariter potest. **A**post. VI.

Ed cum seipam nouit humana mens et amat seipam: non aliquid incommutabile nouit et amat: aliterq; vnusquisq; homo loquendo enunciat mentem suam: quod in seipso agatur attendens. **A**lter autem humanam mentem speciali aut generali cognitione diffinit.

Itaq; cum mihi de sua propria loquitur: vtrum intelligat hoc: aut illud: aut non intelligat: et vtrum velit aut nolit hoc aut illud: credo. **S**um vero de humana specialiter aut generaliter verum dicit: agnosco et approbo.

Ende manifestum est aliud vnum quēq; videre in se: quod sibi alius dicenti credat: non tamen videat: aliud autem in ipsa veritate quod alius quoq; possit intueri: quoq; alterum mutari per tempora: alterum incommutabili eternitati consistere. **N**eq; enim oculis corporeis multas mentes videndo per similitudinē colligimus: generalem vel specialem mentis humane noticiam sed intuemur inuolabilem veritatem ex qua perfecte quantum possumus diffiniamus: non qualis sit vnus cuiuscunq; hominis mens: sed qualis esse sempiternis rationibus debeat. **E**nde etiam phantasias rerum corporalium per corporis sensum hausitas et quod animo infusas memorie: ex quibus etiam ea que non visa sunt ficto phantasmate cogitantur: siue aliter quam sunt: siue fortuito sicuti sunt alijs omnino regulis supra mentem nostram incommutabiliter manentibus: vel approbare apud nosmetipsos: vel improbare conuincimur cum recte aliquid approbamus aut improbamus. **N**am cum et recolo cartaginis mēna que vidi: et cum fingo alexandrie que non vidi: eademq; imaginarias formas quasdam quibusdam preferens: rationabiliter prefero: vigeat et claret desuper iudicium veritatis: ac sui iuris incorruptissimis regulis firmiter est. **E**t si corporalium imaginum quasi quodam nubilo subtextitur non tamen inuoluitur atq; confundit. **S**ed interest vtrum ego sub illa: vel in illa caligine: tamē a celo perspicuo secludar: an sicut in altissimis montibus accidere solet: inter vtrumque aere libero fruens: et serenissimam lucem super densissimas nebulas subter aspiciam. **N**am vnde in me fraterni amoris inflammatur ardor: cum audio virum aliquem pro fidei pul-

chritudine et firmitate: acriter tormenta tolerasse. **E**t si mihi digito ostendatur ipse homo: studeo mihi coniungere: notum facere: amicitia colligare. **I**taq; si facultas datur: accedo: alloquor: sermonem confero: affectum meum in illum quibus verbis possum exprimo: vicissimq; in eo fieri quem in me habeat atq; exprimi volo: spiritalemq; complexum credendo melior: quia peruestigare tam cito et cernere penitus eius interiora non possum. **A**mo itaq; fidelem et fortem virum: amore casto atq; germano. **Q**uod si mihi inter nostras loquelas fateatur: aut incautus aliquo modo sese indicet: quod vel de deo credat incongrua: atq; in illo quoq; carnale aliquid desideret: et pro tali errore illa pertulerit vel sperate pecunie cupiditate: vel inani auiditate laudis humane: statim amor ille quo in eum ferebar offensus: et quasi repercussus: atq; ab indigno homine ablatum: in ea forma permanet: ex qua eum talē credens amaueram. **N**isi forte ad hoc homo iam ut talis sit: cum talē non esse conperio. **E**t in illo homine nihil mutatum est: mutari tamen potest ut fiat: quod eum iam esse credideram: in mente autem mea mutata est vtriusque ipsa existimatio: que de illo aliter se habebat: et aliter habet. **I**demq; amor ab intentione perfruenti: ad intentionem consulendi: incommutabili desuper iusticia iubente deflexus est. **I**psa vero forma in concusse ac stabilis veritatis: et in qua fruerer homine: bonum eum credens: et in qua eum consulo: ut bonus sit: eadem luce incorruptibilis sincerissimeq; rationis: et mentis aspectum et illam phantasie nubem quam desuper cerno cum eundem hominem quem videram cogito in perturbabili eternitate perfundit. **I**tem cum arcum pulchre et equaliter intortum quem vidi: verbi gratia: cartagini aere reuoluo: res quedam menti nunciata per oculos memorie que transfusa imaginum conspectum facit. **S**ed aliud mente conspicio firmum mihi opus illud placet: vnde etiam si displiceret: corrigerem. **I**taq; de istis secundum illam iudicamus: et illam cernimus rationalis mentis intuitu. **I**ta vero aut presentia sensu corporis tangimus: aut imagines absentium fixas in memoria recordamur: aut ex earum similitudine talia fingimus: qualia nos ipsi si vellemus atq; possemus: etiam opere moliremur. **A**lter enim figurantes animo imagines corporum: aut per corpus corpora videntes: aliter autem rationes artemq; ineffabiliter pulchram talium figurarum super aciem mentis simplici intelligentia capientes

De verbo quod mens ex eterna concipit
veritate **Capitulum VII.**

Illa igitur eterna veritate ex qua
temporalia facta sunt omnia. forma
fm quam sumus. et fm quam vel in
nobis vel in corporibus vera et recta ratione
aliquid opamur visu mentis aspiciamus. atq;
inde conceptam rerum veracem noticiam: taq;
verbum apud nos habemus: et dicendo intus
gignimus: nec a nobis nascendo discedit. **C**u
aut ad alios loquimur: verbo intus manenti
ministerium vocis adhibemus: aut alicui^s si-
gni corporalis: vt per quandam comemozato-
nem sensibilem: tale aliquid fiat etiā in animo
audientis: quale de loquentis animo non re-
cedit. **N**ihil itaq; agimus per membra corpo-
ris in factis dictisq; nostris: quibus vel appro-
bantur vel improbantur mores hominum: qd
non verbo apud nos intus edito preuenim?
Nemo em volens aliquid facit: qd non in cor-
de suo prius dixerit. **Q**uod verbum amore co-
cipitur: siue creature: siue creatoris: id est aut
nature mutabilis aut incommutabilis veritatis
Quali amore diligi debeat creatura

Capitulum VIII.

Rgo aut cupiditate: aut caritate no-
quo non sit amanda creatura. sed si
ad creatorem refertur ille amor: non iam cu-
piditas sed caritas erit. **T**unc enim est cupi-
ditas cum propter se amatur creatura. tunc no-
vrentem adiuuat: sed corrumpit fruente. **S**i
ergo aut par nobis: aut inferior creatura sit in-
feriore vrentum est ad deum: pari autem fru-
endum. sed in deo. **S**icut enim teipso: non in
teipso frui debes. sed in eo qui fecit te. **S**ic etiā
illo: quem diligis: tanq; teipm: et nobis ergo et
fratribus in domino fruamur: et inde nos nec
ad nosmetipsos remittere. et quasi relaxare de-
orsum versus audeamus. **N**ascitur autem ver-
bum cum excogitatum placet. aut ad peccan-
dum aut ad recte faciendum. **V**erbum ergo
nostrum et mentem de qua gignitur quasi me-
dius amor coniungit. seq; cum eis tertium co-
plexu incorporeo sine vlla confusione pstrigit

Quo differat dilectio rerum spiritualium ab
amore carnalium. **Capitulum IX.**

Conceptum autē verbum et natum
idipm est. cum voluntas in ipa noti-
cia coquiescit quod fit in amore spi-
ritualium. **Q**ui enim: verbi gratia: perfecte no-
uit. perfecteq; amat iusticiam: iam iustus est.
etiam si nulla existat fm eam forinsecus p me-
bra corporis operandi necessitas. **I**n amore
autem carnalium temporaliumq; reruz: sicut

in ipis animalium fetibus: alius est conceptus
verbi: alius partus. **I**llic em quod cupiendo
concipitur: adipiscendo nascitur. **Q**uoniam
non sufficit avaricie nosse: et amare aurum: ni-
si et habeat. **N**eq; nosse et amare yesci: aut con-
cumbere: nisi etiam id agat: neq; nosse et ama-
re honores et imperia: nisi proueniant. **Q**ue
tamen omnia: nec adepta sufficiunt. **Q**ui em
biberit ex hac inquit aqua: sitiet iterum **I**ob. 4.
et in psalmo. **C**oncepit inquit dolorem et pepe-
rit iniquitatem. **D**olorem vllaborem dicit co-
cipi. cum ea concipiuntur que nosse ac velle no-
sufficit: et inardescit atq; egrotat animus indi-
gentia: donec ad ea perueniat: et quasi pariat
ea. **U**nde eleganter in latina lingua parta di-
cuntur: et reperta atq; comperta: que verba
quasi a partu ducta resonant. **Q**uia cupiscen-
tia cum conceperit parit peccatum. **U**nde do-
minus clamat. **V**enite ad me omnes qui la-
boratis et onerati estis: **E**t alio loco. **T**e pgnā-
tibuz et lactantibus in illis diebus. **S**um itaq;
ad partum verbi refert omnia vel recte fa-
cta vel peccata. ex ore inquit tuo iustificabe-
ris: et ex ore tuo condemnaberis: os volens in-
telligi: non hoc visibile: sed interius inuisibile
cogitationis et cordis.

Non omnia que noticia comprehendit dici
posse concepta. **Capitulum X.**

Acte ergo queritur: vtrum omnis
noticia verbum: an tantum amata
noticia. **N**ouimus enim ea que odi-
mus. **S**ed nec concepta: nec pta dicenda sūt
animo. que nobis displicent. **N**ō enim omnia
que quoquo modo tangunt concipiuntur: vt
tantum nota sint. non tamen verba dicantur.
sicut ista de quibus nunc agimus. **A**lter enim
dicuntur verba que spacia temporuz syllabis
tenent: siue pronunciantur: siue cogitentur.
alter omne quod notum est verbū dicitur aīo
impressum qd diu de memoria proferrī et diffi-
niri potest: q̄uis res ipa displiceat. aliter cum
placet quod mente concipitur. **S**cđm quod
genus verbi accipiendum est quod ait aposto-
lus. **N**emo dicit dominus Iesus: nisi in spiritu
sancto: cum fm aliam verbi notionem dicant
hoc et illi. **D**e quibus ipse dominus ait. **N**on
omnis qui dicit mihi dñe dñe. intrabit in regnū
celorum. **V**eruntamen cum et illa que odim⁹
recte displicent: recteq; improbantur: appro-
batur eorum improbatio: et placet et verbum ē
et **N**eq; vitiorum noticia nobis displicet: sed ipa
vicia. **N**am placet mihi quod noui. et diffinio
quid sit intemperantia: et hoc est verbum eius
sicuti sunt in arte nota vicia. **E**t recte appro-

Iob. 4.
Ps. 7.

Iaco. 1.

Mat. 11.
Ibid. 24

1. Cor. 12.

Mat. 7.

Liber

batur. eorum noticia: cum discernit cognitor
speciem priuationemque virtutis: sicut aere: et
negare: esse et non esse. **A**t tamen virtute pri-
uari atque in vitium deficere damnabile est. **E**t
diffinire intemperantiam verbumque eius di-
cere pertinet ad artem morum. **E**ssē autē in
temperatē ad id pertinet quod illa arte cul-
patur sicut nosse ac diffinire quod sit solocism^o
pertinet ad artem loquendi: facere autem vi-
tium est: quod eadem arte reprehendit. **V**er-
bum est igitur: quod nunc discernere ac insi-
nuare volumus cum amore: noticia. **S**ed itaque
se mens nouit et amat: iungitur ei amore ver-
bum eius. **E**t quoniam amat noticiam: et no-
uit amorem: et verbum in amore est: et amor in
verbo: et vtrumque in amante atque dicente. **S**ed
omnis secundum speciem noticia: similis est ei rei quam
nouit. **E**st enim alia noticia secundum priuationem
quam cum improbamur: loquimur. **E**t hec pri-
uationis improbatio speciem laudat: ideoque
approbatur

Concepte noticie similitudinem tunc ad
equalitatem mentis accedere: cum id quod
cognoscitur: neque inferioris: neque superioris na-
ture est.

Capitulum XI.

Habet ergo animus nonnullam speciei
note similitudinem: siue cum ea pla-
cet: siue cum eius priuatio displicet.
Quo circa in quantum deum nouimus: simi-
les sumus. **S**ed non ad equalitatem similes:
quia nec tantum eum nouimus: quantum ipse
se. **E**t quemadmodum cum per sensum cor-
poris discimus corpora: fit eorum aliqua simi-
litudo in animo nostro: que phantasia memo-
rie est. **N**on enim omnino ipsa corpora in animo
sunt: cum ea cogitamus: sed eorum similitu-
dines. **I**taque cum eas pro illis approbam^{us}: er-
ramus. **E**rro: namque est pro alio alterius ap-
probatio. **M**elior est tamen imaginatio cor-
poris in animo: quam illa species corporis: in qua
tunc hec in meliore natura est: id est in substā-
tia vitali sicuti animus est: ita cum deum no-
uimus: quamuis melioris efficiamur quam eramus
antequam nossemus: maximeque cum eadem noticia
etiam placita digneque amata verbum est: fitque
aliqua dei similitudo illa noticia: tamen infe-
rior est: quia in inferiori natura est. **C**reatura
quippe animus: creator autem deus. **E**t quo
colligitur: quia cum se mens ipsa nouit atque ap-
probat: sic est eadem noticia verbum eius: ut
ei sit par omnino et equale: atque identidem: quod
neque inferioris essentie noticia est: sicut cor-
poris: neque superioris sicut dei. **E**t cum habe-
at noticia similitudinem ad eam rem quam

nouit: hoc est cuius noticia est: hec habet per-
fectam et equalem qua mens ipsa que nouit est
nota. **I**deoque et imago et verbum est: quod de illa ex-
primi cum cognoscendo eadem coequatur: et est
gignenti quale quod genitum est

Sur sicut noticia mentis est proles non etiam
amor partus eiusdem sit.

Capitulum XII.

Quid ergo amor: non erit imago: non

q verbum: non genitum. **S**ur enim mens no-
ticiam suam gignit cum se nouit: et amo-
rem suum non gignit cum se amat. **N**am si propterea
est notionis sue causa quod noscibilis est: amo-
ris etiam sui causa est: quod est amabilis. **S**ur utrumque
itaque non genuerit: difficile est dicere. **H**ec enim
questio etiam de ipsa summa trinitate: omnipoten-
tissimo creatore deo: ad cuius imaginem homo

Secū. j.

factus est: solet mouere homines: quos veritas
dei per humanam locutionem inuitat ad fidem.
Sur non spiritus quoque sanctus a patre deo
genitus vel creditur vel intelligitur: ut filius
etiam ipse dicatur. **Q**uod nunc in mente hu-
mana utrumque inuestigare conamur: ut ex in-
feriore imagine in qua nobis familiaris na-
tura ipsa nostra quasi interrogata respondet:
exercitatioem mentis aciem ab illuminata cre-
atura ad lumen incommutabile dirigamus. **S**i
tamen veritas ipsa persuaserit: sicut dei verbum
filium esse nullus christianus dubitat: ita carita-
tem esse spiritum sanctum. **E**rgo ad imaginem
illam que creatura est: hoc est ad rationalem
mentem: diligentius de hac re interroganda
considerandaque redeamus: ubi temporaliter
existens: non nullarum rerum noticia que
ante non erat: et aliquarum rerum amor que
antea non amabantur distinctius nobis aper-
rit quid dicamus: quia et ipsi locutioni tempo-
raliter dirigende: facilius est ad explicandum
res que in ordine temporum comprehendun-
tur. **P**rimo itaque manifestum sit posse fieri ut
sit aliquid scibile: id est quod sciri possit: et tamen
nesciatur: illud autem fieri non posse ut sciat
quod scibile non fuerit. **U**nde liquido tenen-
dum est quod omnes res quamcumque cognoscimus
congenerat in nobis noticiam sui. **A** utrumque enim
noticia parit: a cognoscente et cognito. **I**taque
mens cum se ipsam cognoscit: sola parit noticie
sue: et cognitum enim et cognitor ipsa est. **E**rat autem
sibi ipsa noscibilis: et antequam se nosset: sed noticia sui
erat in ea: cum se ipsa non nouerat. **Q**uod ergo
cognoscit se: parem sibi noticiam sui gignit:
quia non minus se nouit quam est: nec alterius es-
sentie est noticia eius: non solum quia ipsa no-
uit: **S**ed etiam quia se ipsam: sicut supra dixi-
mus. **Q**uid ergo de amore dicendum est: cur

non etiam cum se amat: ipm quoq; amorem sui genuisse videatur: **E**rat enim amabilis sibi: et anteq; se amaret: quia poterat se amare sicut erat sibi noscibilis: et anteq; se nosset: quia poterat se nosse. **N**am si non sibi esset noscibilis: nunq; se nosse potuisset. **I**ta si non sibi eet amabilis: nunq; amare potuisset. **N**ur itaq; amando se non genuisse dicatur amorem suum: sicut cognoscendo se genuit noticiam suam. **I**n eo quidem manifeste ostenditur hoc amoris esse principium: unde procedit: ab ipsa quidem mente procedit que sibi est amabilis anteq; se amet: atq; ita principium est amoris sui quo se amat. **S**ed ideo non recte dicitur genitus ab ea sicut noticia sui qua se nouit: quia noticia iam inuentum est quod partum repertum dicitur: quod sepe precedit inquisitio eo fine quietura. **N**am inquisitio est appetitus inueniendi: quod idem valet si dicas: reperendi. **Q**ue autem reperiuntur: quasi pariuntur: unde proli similia sunt: ubi nisi in ipsa noticia: ibi enim quasi expressa formantur. **N**am etsi iam erant res quas querendo inuenimus: noticia tamen ipsa non erat: quam sicut prolem nascentem deputamus: porro appetitus ille qui est inquirendo procedit a querente: et pender quodammodo: neq; requiescit sine quo intenditur: nisi id quod queritur inuentum: querenti copuletur. **Q**ui appetitus: id est inquisitio: quis amor esse non videatur: quo id quod notum est: amatur. **H**oc enim adhuc ut cognoscat agitur: tamen ex eodem genere quiddam est. **N**am voluntas iam dici potest: quia omnis qui querit inuenire vult: et si id querit quod ad noticiam pertinet: omnis qui querit nosse vult. **Q**uod si ardentem atq; instanter vult: studere dicitur quod maxime in assequendis atq; adipiscendis quibusq; doctrinis dici solet. **P**artum ergo mentis antecedit appetitus quidam: quo id quod nosse volumus querendo et inueniendo nascitur proles ipsa noticia: ac per hoc appetitus ille quo concipitur pariturq; noticia: partus et proles recte dici non potest. **I**demq; appetitus quo inhiatur rei cognoscende: fit amor: cognite dum tenet atq; amplectitur placitam prolem: id est noticiam gignentiq; coniungit. **E**t est quedam imago trinitatis: ipsa mens et noticia eius quod est proles eius: ac de se ipsa verbum eius: et amor tertius: et hec tria vnum atq; vna substantia. **H**ec minor proles: dum tantam se nouit mens quanta est: nec minor amor dum tantum se diligit quantum nouit et quanta est.

ExPLICIT LIBER NONUS.

Incipiunt capitula libri decimi.

- i **D**e studijs discere amantium quod ignorant: quod tamen non expeteret scire si penitus ignorarent.
- ii **Q**uibus causis amari videntur cognita: cum ipsa scientia eorum que nescimus expetitur.
- iii **I**n incognita sibi sit mens cum se querit ut nouerit.
- iiii **D**e proprijs mentis que non potest ignorare.
- v **I**n quo mens nosse se debeat: et a quibus abstinere ne eis quasi proprijs delectetur: atq; in se minus nouerit.
- vi **I**n quibus mens de se cogitans possit errare.
- vii **D**e opinionibus eorum qui mentem aliquid precipuum corporis esse senserunt.
- viii **Q**uomodo mens nosse se querens: nihil de se corporeum debet cogitare.
- ix **Q**uomodo mens cognoscit se ipsam.
- x **Q**uomodo mens nosse se cupiens nihil eorum de se opinari debeat: de quibus scit esse dubitandum.
- xi **D**e memoria: intelligentia et voluntate: in quibus mens habet in se quandam imaginem diuine trinitatis.
- xii **D**e querenda imagine trinitatis etiam in his que anima ex corporis sensibus concipit.

Aurelij Augustini episcopi de trinitate liber decimus incipit.

De studijs discere amantium quod ignorant: quod tamen non expeterent scire si penitus ignorarent.

Capitulum I.

Nunc ad ea ipsa consequenter enodatus explicanda limitior accedat intentio. **A**c primū quia rem prorsus ignorā amare omnino nullus potest: diligenter intuendum est cuiusmodi sit amor studentium: id est non iam scientiū: sed adhuc scire cupientiū quāq; doctrinā. **E**t in his dīpe reb^o i quib^o nō vilitate dī studium solent existere amores ex auditu: dum

cuiusq; pulchritudinis fama ad videndum ac fruendum animus accendit. q; generaliter nouit corporum pulchritudines: ex eo q; plurimas vidit: et inest intrinsecus vñ approbet: cui forinsecus inhiat. **Q**uod cū sit: nō rei penit^o incognite amor excitat. cui^o genus ita notū est: **N**um aut virū bonū amamus: cui^o faciē nō vidim^o: ex noticia virtutū amam^o. quas nouim^o i ipa veritate. **A**d doctrinas aut cognoscēdas: plerūq; nos laudantiuz atq; pdicantiū accendit auctoritas. **A**rtū nisi breuiter impressā cuiusq; doctrine haberem^o in aīo notionem: nullo ad eā discendā studio flagrarem^o. **Q**uis ei sciende: verbi gratia: rhetorice vllā curāz operam impenderet: nisi ante sciret eā dicendi eē sciētiam. **A**liqñ etiā ipaz doctrinaruz fines auditos expertos ve miramur: et ex hoc inardescimus facultatē cōparare discendo qua ad eos puenire possim^o. **T**anq; si litteras nesciēti dicatur: quandā esse doctrinā qua quisq; valeat q̄uis longe absentī verba mittere manu facta in silentio: que rursus ille cui mittunt non auribus: sed oculis colligat: idq; fieri videat. **N**ōne dū concupiscit nosse qd id possit: oī studio circa illū finē mouet: quē iam notū tenet. **S**ic accendunt studia discentiū. **M**ā qd quisq; profusus ignorat: amare nullo pacto pōt. **I**ta etiā signū si quis audiat incognitū: veluti verbi alicui^o sonū quo quid significet ignorat: cupit scire quid nā sit: id est sonus ille cui rei cōmemorande institutus sit: veluti audiat cū dicitur temetumz ignorans quid sit: requirat. **I**am itaq; oportet vt nouerit signū esse: id est non esse inanem illam vocem: sed aliquid ea significari. **N**ōquin iam notum est hoc trissyllabum: et articulatam speciem suam impressit animo per sensum aurium. **Q**uid amplius in eo requiratur: quo magis inotescat: cui^o oēs littere oīaq; soni spacia nota sunt: nisi q; siml innotuit signum esse: mouitq; sciendi cupiditatē: cui^o rei signū sit. **Q**uo igit amplius notū est: sed non plene notū est: eo cupit animus d illo nosse qd reliquū est. **S**i enī: tūmō esse istā vocem nosset: eamq; alicui^o rei signū esse non nosset: nihil iam quereret de sensibili re: q̄ntū poterat sentiendo percepta. **Q**uia vero non solum esse vocem: sed et signū esse iam nouit: perfecte id nosse vult. **H**ecq; vllū pfecte signū noscitur: nisi cui^o rei signū sit: cognoscat. **I** hoc q; qui ardentī cura querit vt nouerit: studioq; accensus insistit: nō pōt dici esse sine amore. **Q**uid igitur amat. **V**erte enīz amari aliquid nisi notū non potest. **N**eq; ille istas tres syllabas amat: quia siā notas habet. **S**i hoc i eis

amat: quia scit eas significare aliquid nō inde nunc agitur: non enim hoc nosse querit. **S**ed in eo qd scire studet quid amet: inquirimus: qd pfecto nondum nouit: et propterea miramur cur amet: qm̄ firmissime nouimus amari nisi nota nō posse. **Q**uid ergo amat: nisi qd nouit atq; intuetur in rationibus rerū que sit pulchritudo doctrine: qua continentur noticie signoz oīm: et que sit vtilitas in ea peritia qua inter se humana societas sensa cōmunicat. ne sibi hominū cetus deteriores sint: quauis solitudine: si cogitationes suas colloquendo non misceantur. **H**anc ergo speciez decorē et vtilem cernit anima: et nouit: et amat eamq; in se pfici studet q̄stum potest: quisq; vocum significantium: quecumq; ignorat: inquirat. **A**liud est enim qd eam in veritatis luce conspiciat: aliud quod in sua facultate concupiscit. **C**ōcupiscit namq; in luce veritatē: q̄ magnū et q̄ bonū sit: omnes omnium gentium linguas intelligere ac loqui: nullamq; vt alienigena audire et a nullo ita audiri. **L**uius noticie decus cogitatioē iam cernitur: amaturq; res nō tā q̄ ita conspiciat: atq; inflāmat studia discentiū: vt circa eam moueant: etq; inhiant in omni opera quā impēdunt q̄quē de tali facultati: vt etiam vsu amplectantur qd ratione p̄noscent: atq; ita quisq; cui facultati spe p̄pinquat: ei feruētius amore inardescit. **H**is doctrinis quippe studet vebemētius: que capi posse non desperant. **N**am cuius rei adipiscende spem quisq; non gerit: aut tepide amat aut oīno nō amat q̄uis q̄ pulchra sit videat. **Q**uo circa: q; oīm liguarū scia fere ab oīb^o desperat: sue gētis q̄sq; maxie studet vt nouerit. **Q**uod si et illi ad pfectū p̄cipiende se nō sufficē sētīt: nemo tñ tā desidiōsus ē h^o noticie q̄ nō cū audierit incognitū v̄bū velit nosse qd illud sit: et si pōt q̄rat et discat. **Q**uod dū q̄rit: vtiq; in studio discēdi ē: et vt amare rē incognitaz qd nō ita ē. **S**pēs nāq; illa tāgit aīm quam nouit et cogitat: in q̄ elucet dec^o p̄sociandoz animoz in vocib^o notis audiēdis atq; reddēdis eaq; accēdit studio querētē qdē qd ignorat: et notā formā q̄ id p̄tineat intuentē et amantem. **I**taq; si querenti: verbi gratia: quid sit temetum (hoc enī exempli causa posueram dicat: quid ad te pertinet: respondebit. **N**e forte audiam loquentem: et non intelligam: aut vsq; am forte id legaz: et quid scriptoz senserit nesciam. **Q**uis tandem huic dicat noli intelligere quod audis: noli nosse quid legis. **O**mnibus enīz fere animis rationalibus in p̄mptu est: ad videndū huius p̄tie pulchritudo: qua

hoim inter se cogitata: significantiū vocū enū-
 ciatione noscunt. ppter hoc notū decus. et ob
 hoc amatū quia notū. studiose querit verbuz
 illud ignorū. Itaq; cū audierit atq; cognoue-
 rit temerū. a veteribus vinū appellatū: s̄ iam
 ex vsu loquendi quē nū habem⁹ hoc vocabu-
 lū emortuū. ppter nōnullos fortasse veteruz
 libros sibi necessariū deputabit. Si autē illos
 superuacaneos habet. forte iā nec dignuz qđ
 memorie cōmēdet existimat: qz videt ad illaz
 spēm doctrine quā notā mente intuetur atq;
 amat minime pertinere. **Probrē** oīs amor stu-
 dentis animi. hoc est volētis scire qđ nescit: nō
 est amor ei⁹ rei quā nescit: s̄ ei⁹ quā scit: pp̄
 quā vult scire qđ nescit. aut si tā curiosus ē. vt
 nō ppter causam aliā notā: sed solo amore ra-
 piat incognita sciēdi: discernend⁹ quidē est a
 studiosi noie iste curiosus: sed nec ip̄e amat in-
 cognita: imo p̄gruenti⁹ d̄r: odit incognita: que
 nulla esse vult: dū vult oīa esse cognita. **Sed**
 ne quisq; nobis difficultatē referat questioneꝝ
 asserens tā nō posse quēq; odisse qđ nescit: qz
 nō pōt amare qđ nescit. nō resistim⁹ verbis: s̄
 intelligendū est: nō hoc idē dici cū dicit: amat
 scire incognita. ac si diceret: amat incognita.
 Illud ei fieri pōt vt amet quisq; scire incogni-
 ta. vt autē amet incognita nō pōt. **Non enim**
 frustra tibi est positū scire. **Quī** qui scire amat
 incognita. nō ip̄a incognita. sed ip̄m scire amat.
Quod nisi haberet cognitū neq; scire se quic-
 q; pōt fidenter dicere neq; nescire. **Non so-**
 lum em̄ qui dicit scio. et verum dicit. necesse est
 vt quid sit scire sciat. sed etiā qui dicit nescio.
 id que fidenter et verū dicit. scit verū se dicere
 scit vtq; quid sit scire. qz d̄discernit ab sciente
 nescientem. cum veraciter se intuens dicit ne-
 scio. **Et** cū ip̄e scit se verum dicere vnde sciret
 si quid sit scire. nesciret.

Quibus causis amari vidētur cognita. cū
 ip̄a scientia eozq; nescimus expedit. **Ca. XI.**

Quilibet igitur studiosus. quilibet cu-
 riosus non amat incognita. cum ar-
 dentissimo appetitu instat scire qđ
 nescit. **Aut** em̄ iam genere notuz habet quod
 amat. idq; nosse expedit. etiā in aliqua re sin-
 gula vel in singulis rebus que illi nondū note
 forte laudant: fingitq; aīo in angmariam for-
 mam qua excitetur in amore. **Unde** aut fin-
 git nisi ex his que iam nouerat. **Qui** tamē for-
 me aīo figurate atq; in cogitatione notissime
 si eam que laudabat dissimilem inuenerit. for-
 tasse nō amabit. **Quod** si amauerit. ex illo ama-
 re incipiet ex quo didicit pauloante quippe
 alia erat que amabatur. quam sibi animus.

formas exhibere cōsueuerat. **Si** autē illi forme
 simile inuenerit quā forma p̄dicauerat: cui ve-
 re possit dicere. iā te amabam. nec tunc vtiq;
 amabat incognita: quā i illa similitudine nouerat.
Aut i sp̄e sempiternae rōis videm⁹ aliqd tibi
 amamus: qđ cum expressum in aliq; rei t̄p̄alis
 effigie: illis q; expti sunt laudantibus et ama-
 mus et credim⁹: nō aliqd amam⁹ incognitum
 vñ iam supra satis differim⁹. **Aut** aliqd no-
 tum amam⁹: ppter qđ ignotū aliqd querim⁹
 cui⁹ ignoti amore nequaq; nos tenet. s̄ illius
 cogniti q; p̄tinere nouim⁹: vt illud etiā qđ ad-
 huc ignotū q̄rimus nouerim⁹: sicut d̄ incogni-
 to verbo pauloante locut⁹ sum. **Aut** ip̄m scire
 quis q; amat? quod nulli scire aliquid cupien-
 ti esse incognitū pōt. **His** causis vidēt amare
 incognita qui scire aliquid volunt quod ne-
 sciūt et ppter ardentiorē q̄rēdi appetitū sine
 amore esse dici non pōt. **Sed** qz se res aliter
 habeat: nec oīno quicq; amet incognitū. ar-
 bitro: me psuasisse verū diligenter intuenti-
 bus. **Sed** qz exempla q; dedim⁹ eoz sunt qui
 aliqd qđ ipsi non sunt nosse cupiūt. videndū
 est. ne forte aliqd nouū genus appareat cum
 seipsa mens nosse desiderat.

An incognita sibi sit mens cū se querit vt
 nouerit **Capitulum III.**

Quid q; amat mēs. cū ardentē seip̄-
 sam q̄rit vt nouerit. dum incognita
 sibi est: **Ecce** em̄ mens semetip̄a q;
 rit vt nouerit: et inflāmat hoc studio. **Amat**
 igit. **Sed** qđ amat? **Seip̄am.** **Quo** cū se non
 dū nouerit. nec qzq; possit amare qđ nescit?
An ei fama p̄dicauit specie suā. sicut de absen-
 tib⁹ solemus audire. **Fortē** q; se nan amat. sed
 qđ de se fingit hoc amat. lōge fortasse aliud q;
 ip̄a est. aut si se mens sui simile fingit. et iō cum
 hoc figmētum amat se amat ante qz nouerit:
 qz id qđ sui simile est intuet. **Nouit** igit alias
 mētes ex quib⁹ se fingat. et genere ip̄o sibi no-
 ta est. **Aut** ergo cum alias mētes nouit. se nō
 nouit. cū seip̄a nihil possit esse p̄sentius. **Quo**
 vt oculis corp̄is. magis aliq; oculi notū sunt. q;
 ip̄i sibi nō se q̄rat nūq; inuētura. **Quo** ei se
 oculi p̄ter specula videbūt. **Nec** villo mō purā
 dū est etiā reb⁹ incorp̄is p̄tēplādis tale aliqd
 adhiberi. vt mēs tanq; in speculo se nouerit.
An i rōne veritatis eterne videt qz speciosuz
 sit nosse semetip̄am. et hoc amat. qđ videt stu-
 detq; i se fieri. qz quicq; sibi nota nō sit. notū tñ
 ei ē qz bonū sit vt sibi nota sit. **Et** h̄ qđ ē mira-
 bile ē: nōdū se nosse. et qz sit pulchz se nosse iā
 nosse. **An** aliq; finē optimū. i. securitatē et bea-
 titudinē suā videt. p̄ quā occultā memoriā q;

Liber

in longinqua eā pgressam nō deseruit. ⁊ cre-
dit ad eundē finē: n̄ nisi seip̄am cognouerit sep-
uenire nō posse. **I**ta dū illud amat hoc q̄rit. ⁊
notū amat illud ppter qd̄ querit ignotū. **S**z
cur memoria beatitudinis sue poruit ⁊ memo-
ria sui cū ea perdurare non potuit. vt tam se
nosset que vult puenire. q̄ nouit illud q̄ vult
puenire. **A**n cū se nosse amat. nō se quā non-
dum nouit. sed ip̄m nosse amat: acerbiusq; to-
lerat seip̄am deesse scientie sue. quā vult cun-
cta comprehendere. **N**ouit autē quid sit nosse: ⁊
dum hoc amat qd̄ nouit etiam se cupit nosse.
Ubi ergo nosse suū nouit si se non nouit. nam
nouit qd̄ alia nouerit. se autē nō nouerit. hinc
em̄ nouit: ⁊ quid sit nosse. **Q**uo pacto igitur
se aliquid scientē scit: que seip̄am nescit. nec
em̄ alterā mentē scientem scit s̄ seip̄am. **S**cit
igitur seip̄am. **D**einde cū se querit vt nouerit
querentē se iā nouit. **I**ta se ergo nouit. **Q**ua-
propter non pōt oīno nescire se. **Q**ue dum se
nescientē scit: se vtiq; scit. **S**i autē se nescientē
nesciat. nō se querit vt sciat. **Q**uapropter co-
ip̄o quo se querit. magis se sibi notā q̄ ignotā
esse cōuincit. **N**ouit em̄ se querentē atq; nesci-
entē: dū se querit vt nouerit. **Q**uid ergo dice-
mus. **A**n qd̄ ex pte se nouit: ex pte non nouit.
Sed absurdū est dicere: nō eam totā scire qd̄
scit. **N**on dico totū scit: s̄ qd̄ scit: tota scit. **C**ū
itaq; aliquid de se scit: qd̄ nisi tota nō pōt. totā
se scit. **S**cit autē se aliqd̄ scientē. nec pōt quicq;
scire nisi tota. **S**cit se igitur tota. **D**einde qd̄
eius ei tam notū est q̄ se viuere.

De proprijs mentis que non potest igno-
rare. **C**apitulum. III.

Non pōt autē ⁊ mens esse ⁊ nō viuere
qū habet etiā amplius vt intelligat
Nam ⁊ anime bestiarum viuunt: sed
non intelligunt. **S**icut ergo mens tota mens
est. sic tota viuunt. **N**ouit autē viuere se. **T**otam
se igitur nouit. **P**ostremo cū se nosse mens q̄-
rit: mentē se esse iā nouit. alioquin vtrū se que-
rat. ignorat: ⁊ aliud p alio forsitan querat. **S**i
eri em̄ pōt vt ip̄a nō sit mens. atq; ita dum mē-
tem nosse querit: non seip̄am querat. **Q**ua-
propter qm̄ cum querit mens quid sit mens.
nouit qd̄ se querat. p̄fecto nouit quod ip̄a sit
mens: porro si hoc in se nouit quod mens est.
⁊ tota mens est. totam se nouit. **S**ed ecce nō
se nouerit esse mētem: cum autē se querit. hoc
tantū modo nouerit quod se querat. **N**otest
em̄ etiam sic aliud p alio querere. si hoc nescit
vt autē non querat aliud pro alio. p̄culdubio
nouit quid querat. **A**t si nouit quid querat: ⁊
seip̄am querit. seip̄m vtiq; nouit. **Q**uid ergo

adhuc q̄rit: q̄ si ex pte se nouit: ex parte at̄ ad-
huc q̄rit: non seip̄am: sed p̄tē suā querit. **E**um
em̄ eaīp̄a dicit. **D**einde qz nouit nō dū se a se
inuentā totā: nouit q̄nta sit tota. **A**tq; ita q̄rit
qd̄ deest. quē admodū solemus q̄rere vt veni-
at in mentez qd̄ excidit: nec tñ penitus exci-
dit: qz pōt recognosci cū venerit hoc eē qd̄ q̄-
rebat. **S**ed quō mens veniat in mentē quasi
possit mens in mente non esse: huc accedit qz
si parte inuentā nō se totā querit. tñ tota se q̄rit.
Tota ergo sibi p̄sto est: ⁊ quid adhuc quera-
non est: hoc em̄ deest quod querit: nō illa que
querit. **E**um itaq; tota se querit nihil eius de-
est. **A**t si non tota se querit. sed pars que in-
uenta est. querit partem que non dum inuen-
ta est. **N**on se q̄ mens q̄rit cuius se nulla pars
querit: pars em̄ que inuenta est: nō se querit.
pars autem que nondum inuenta est: nec ip̄a
se querit: quoniam ab ea que iam inuenta
est parte non queritur. **Q**uocirca quia nec to-
ta se mens querit: nec pars eius vlla se querit
se: mens omnino nō querit.

In quo mens nosse se debeat: ⁊ a quib⁹ ab-
stinere ne eis quasi proprijs delectetur atq; i-
se minus nouerit. **C**A. V.

Quid ergo ei p̄ceptum est: vt seip̄az
cognoscat: credo vt seip̄m cogitet: ⁊
p̄m naturā suam viuat: id ē vt p̄m na-
turā suam ordinari appetat: sub eo scz cui sub-
denda est: supra ea quib⁹ p̄ponēda est: sub illo
a quo regi debet: supra ea que regere debet.
Culta em̄ p cupiditatē prauā tanq; sui sit ob-
lita: sic agit. **V**idet em̄ qdā intrinsecus pul-
cra: in prestantiori natura que deus est. **E**t cū
instare debeat vt eis fruatur: volens ea sibi tri-
buere: ⁊ non ex illo: similis illius: sed ex seip̄a
esse quod ille est: auertitur ab eo: moueturq;
⁊ labitur in minus ⁊ minus: quod putat am-
plius ⁊ amplius: quia nec ip̄a sibi: nec ei quic-
q; sufficit recedenti ab illo qui solus sufficit.
Ideoq; per egestatem ac difficultatem sit ni-
mis intenta in actiones suas: ⁊ inquietas de-
lectationes quas per eas colligit: atq; ita cu-
piditati acquirendi noticias ex his que foris
sunt: quorum cognitum genus amat: ⁊ sentit
amitti posse: nisi impensa cura tenet tenean-
tur perditq; securitatem: tantoq; seip̄am mi-
nus cogitat: quā om̄ magis secura est: qz se non
possit amittere. **I**ta cum aliud sit nō se nosse:
aliud nō se cogitare. **N**ecq; em̄ multaz doctri-
naz peritū: ignorare gr̄maticā dicimus. cū
eā nō cogitat: qz de medicina arte tunc cogi-
tat. **C**ū ergo aliud sit nō se nosse: ⁊ aliud se co-
gitare: tanta vis est amoris. vt ea que cum

amore diu cogitauerit. eisq; cure glutino in-
 heferit. attrahat secū etiā cū ad se cogitandā
 quodāmo redit. Et q; illa corpora sunt que fo-
 ris per sensus carnis adamauit. eozq; diutur-
 na quadā familiaritate implicata est. nec secū
 pōt introsum tanq; in regiōe incorporee na-
 ture ipā corpa inferre: imagines eorum con-
 uoluit et rapit. factus in semetipā: de semetipā
Dat em̄ eis formādis quiddam substātie sue:
 seruat aut̄ aliquid: quo libere de specie taliu;
 imaginum iudicet: et hoc est magis mens. id
 est rōalis intelligentia. que seruat vt iudicet
Mamillas anime ptes que corpoz silitudini-
 bus informantur. etiam cum bestijs nos cō-
 munia habere sentimus.

In quib; mēs in se cogitans possit errare.
 Capitulū. VI.

Erat aut̄ mēs: cū se istis imaginibus
 tāto amore pūgit: vt etiā se eē aliqd
 hmōi existimet. Ita ei pformat eis quodāmo
 nō id existendo sed putando. nō quo se imagi-
 nem putet. s; oīno illud ipm cui; imaginē secū
 habet: **U**iget quippe in ea iudiciū discernēdi
 corpus qd foris relinquit ab imagine. quā de
 illo secū gerit. nisi cū ita exprimunt eedē ima-
 gines tanq; foris sentiant: nō intus cogitetur
 sicut dormientib;: aut furentibus: aut in aliq;
 extasi accedere solet.

De opinionibus eoz qui mentē aliqd pci-
 puū corporis esse senserūt. Capitulū. VII.

Um itaq; se tale aliqd putat. corp;
 esse se putat: **E**t q; sibi bñ conscia est
 principat; sui quo corpus regit. hic
 factū est vt quidā quererent qd corpis apius
 valeret in corpe: et hoc esse mentē. vel oīno to-
 tā aiām existimarēt vt empedocles et ericates
 opinati sūt. Itaq; alij sanguinē: alij cerebruz
 alij cor: nō sic scriptura dicit. **C**ōfitebor tibi dñe
 in toto corde meo. **E**t diliges dōm deū tuum
 ex toto corde tuo. **H**oc. n. abutendo vel trans-
 ferēdo vocabulo dicitur corpe ad animū: s; ipam
 oīno ptiā corpis quā in viscerib; dilaniatis
 videm; eā eē putauerūt. **A**lij ex minutissimis
 indiuiduisq; corpusculis q; atomos dicūt. cō-
 currentib; in se atq; coherentib; eā pfi cre-
 diderūt. **A**lij aerē: alij ignē. substātiā ei; esse
 dixerūt. **A**lij eā nullā esse substātiā. quia nisi
 corpus: nullā substātiā poterāt cogitare. et
 eā corpus esse nō inueniebāt. sed ipam tempe-
 rationē corpis nri vel cōpagem primordioruz
 quib; ista caro tāq; pnectit. eē opinati sunt eo-
 q; oēs eā mortālē esse senserūt: q; siue corpus
 esset: siue aliqua cōpositio corporis. nō posset
 vtiq; immortaliter pmanere. **Q**ui vero ei; sub-

stantiā vitā quandā nequaq; corporeā. qñ qdē
 vitā. oē viuū corpus animantē ac viuificantē
 esse reperit. cōsequenter et immortalē. q; vite
 carere vita nō pōt. vt quisq; potuit pbare co-
 nati sunt. **N**ā de quinto illo nescio: quo corpe-
 qd notissimis qrtuor hui; mūdi elementis q;
 dā pūgentes. hinc aiām esse dixerūt. hoc lo-
 co diu differendū nō puto. **A**ut em̄ hoc vocāt
 corpus qd nos. cui; in laci spacio ps toto mi-
 nor est. et in illis annuerādi sunt q; mētē cor-
 poreā esse crediderūt: **A**ut si vel oēm substan-
 tiam: vel oēm mutabilē substātiā corpus ap-
 pellant. cū sciant nō oē locoꝝ spacijs aliqua lō-
 gitudine vel latitudine et altitudine cōtineri
 nō cū eis de vocabuli questione pugnandū ē.
In his oib; sentētijs qsq; videt mētē naturā
 et eē substātiā et nō eē corpeā. i. nō minore sui
 pre min; occupare loci spaciū. mai; q; maiore
 sit oportet videat eas q; opinant; eē corporeaz
 nō ob hoc errare qd mens desit eoz noticie. s;
 qd adiūgūt ea: sine quibus nullā pnt cogitare
 naturā. **S**ine phantasijs em̄ corpm quicquid
 vili fuerint cogitare. nihil oīno eē arbitrāt. id
 q; nō se tanq; sibi desit mens requirat. **Q**uid
 em̄ tā cognitōi adest. q; id qd menti adest. aut
 qd tā mēti adest. q; ipā mens. **U**ti et ipā q; ap-
 pellat; inuentio. si verbi originē retractemus
 qd aliud resonat. nisi q; inuenire est in id ve-
 nire qd querit. **P**ropterea q; qñ vltro in mētē
 veniūt. nō vltate dicunt; inuēta. q;uis cogni-
 ta dici possint. q; nō in ea qrendo tendebam;
 vt in ea veniremus: hoc est ea inueniremus.
Quapropter sicut ea que oculis aut vilo alio
 corpis sensu requirunt. ipā mens querit. ipsa
 em̄ etiā sensū carnis intendit. tūc aut̄ inuenit
 cū in ea q; requirunt; id est sensus venit. **S**ic
 alia que non corporeo sensu internuncio. sed
 p seipam nosse debet cū in ea venit. inuenit:
Aut in supiore substātia. i. in deo: aut in ceteris
 aīe partibus sicut de ipis imaginibus cor-
 poz cum iudicat. intus em̄ in aīa eas inuenit
 per corpus impressas

Quod mens nosse se cupiēs nihil eoz d se cor-
 poreū debeat cogitare.

Capitulū. VIII.

Ego seipam quemadmodum que-
 rat et inueniat. mirabilis questio est
 q; tēdat. vt qrat. aut veniat. vt inue-
 niat. **Q**uid em̄ tam in mente q; mēs est. **S**ed
 quia in his est que cum amore cogitat. sensibi-
 libus aut̄: id est corporalibus cū amore assue-
 facta est. nō valet sine imaginibus eorum eē
 in semetipā. hinc ei obort; erroris dedecus-
 dum rerum sensarum imagines se cernere.

a se non pōt: vt se solā videat. **S**obefecerunt em̄ mirabiliter glutino amoris: et hec est eius immundicia: qm̄ dū se solē nititur cogitare. h̄ se putat esse sine quo se non pōt cogitare. **S**um igit̄ ei p̄cipit vt seip̄am cognoscat: non se tāq̄ sibi detractā sit querat: sed id qd̄ sibi addidit detrahat. **I**nterior est em̄ ip̄a: non solū q̄ ista sensibilia que manifeste foris sunt: sed etiaz q̄ imagines eoz̄ q̄ in parte quadā sunt aīe: quā habent et bestie: q̄uis intelligentia careant q̄ mētis est pp̄ria. **S**ū ergo sit mens interior q̄dam mō exit a semetip̄a: cū in hec quasi vestigia multaz̄ intentionū exerit amoris affectū. **Q**ue vestigia tanq̄ imprimunt̄ memorie: qm̄ hec que foris sunt corp̄alia sentiunt̄: vt etiam cū absunt ista: presto sint tñ imagines eozum cogitantib⁹. **C**ognoscat ḡ semetip̄am: nec q̄si absentē se querat: sed intentionem voluntatis qua palia vagabat̄ statuatur in seip̄am: et se cogitet. **I**ta videbit q̄ nunq̄ se nō amauerit: nunq̄ nescierit. **S**ed aliud secū amando cuz eo se confudit et cōcreuit quodam mō: atq̄ ita dū sicut vnum diuersa cōplectitur: vnum putauit esse que diuersa sunt.

Quō mens cognoscat seip̄am. **Cap. IX.**

meā ad te custodiā. **E**t in alio. **A**ccedite ad eū **Ibidē. 33** et illuminamini: sic infirma et tenebrosa facta est: vt a se quoq̄ ipsa in ea que nō sunt q̄d ipsa et q̄bus supior est ipsa infelicius laberet p̄ amores quos nō valet vincere: et errores a quib⁹ nō videt qua redire. **U**nde iam deo miserante penit⁹ clamat in psalmis. **D**eseruit me fortitudo mea et lumē oculoz meoz nō est mecū **Ibidē. 37** **N**on sane in his tantis infirmitatis et erroris malis amittere potuit naturalē memoriā: intellectū et amorē sui: p̄pter q̄d merito dici potuit: quod supra cōmemoraui. **Q**z in imagine dei ambulat homo: tñ vane p̄turbat. **T**hesaurizat et nescit cui p̄gregabit ea. **C**ur enim thesaurizat nisi quia fortitudo eius deseruit eum: per quē habens rei nullius idigeret. **E**t cur nescit cui cōgregabit ea: nisi quia lumen oculoz eius nō est cū eo: et ideo nō videt quod **Ibidē. 38** veritas ait. **S**ulte hac nocte aīam tuā reperent abs te: hec que p̄parasti cuius erūt. **C**eterū tamen qz etiā talis in imagine ambulat hō et habet memoriā et intellectū et amorē sui. **H**ominis mens: si ei manifestaret q̄ vtrūq̄ habere nō posset et vnū e duobus permittere eligere: aliter p̄diturus: aut thesauros quos cōgregauit: aut mentē: quis vsq̄ adeo nō habz mentē: vt thesauros mallet habere q̄ mentē. **T**hesauri enī mentē possunt plerūq̄ subuertere: et mens que nō thesauris subuertit: sine vllis thesauris facilius et expeditius potest viuere. **Q**uis vero vllos thesauros: nisi p̄ mentē poterit possidere? **S**i enī puer infans q̄uis ditissimus natus: cū sit dñs oīm que iure sunt eius: nihil possidet mente sopita: quo tandem modo quisq̄ quisq̄ mente possidebat amissat? **S**ed de thesauris quid loquor: qz eis quilibet hoīm si talis optio p̄ponat: mauult carere q̄ mente: cum eos nemo p̄ponat: nemo comp̄t luminibus corpōis: quibus nō vt aux̄ rarus quisq̄ homo: s̄ oīs homo possidet celum: p̄ lumina enī corpōis quisq̄ possidet quicq̄ libenter videt. **Q**uis ergo si tenere vtrūq̄ nō possit: et alterutrū cogatur amittere: nō thesauros q̄ oculos malit: et tamen si ab eo simili p̄ditione queraf: vtrū oculos malit amittere an mentē: quis mente nō videat eum oculos malle q̄ mentē? **M**ens quippe sine oculis carnis humana est. **O**culi autē carnis sine mente esse etiam carne cecū: q̄ beluam videntem? **H**ec dixi: vt etiā tardiores: q̄uis breuiter cōmouerēt a me: in quozū oculos vel aures he littere puenerint q̄ntum mens diligit seip̄faz etiam infirma et errans: male diligendo atz se

Libet

ctando que sunt infra ipsam. Diligere porro seipam nō posset: si se omnino nesciret: id est si sui nō meminisset: nec se intelligeret: qz in se imagine dei tam potēs est: vt ei cuius imago est valeat inherere. Sic em̄ ordinata ē naturarū ordine: nō locorū: vt supra illam nō sit nisi ille. Deniqz cum illi penitus adhererit: vnus erit spūs. Qui rei attestat ap̄ls dicēs. Qui autē adheret dño vnus spūs est. **Accedente** q̄ppe ista ad p̄cipitationē nature veritatis et beatitudinis illius: non tñ crescente illo in natura: veritate et beatitudine sua. In illa itaqz naturat cui feliciter adhererit: imutabiliter viuet et imutabile videbit omne qd̄ viderit. Tūc sicut ei diuina scriptura p̄mittit: satiabit̄ in bonis desiderii eius: bonis imutabilib⁹: ipsa trinitate deo suo cuius imago est: et ne vsp̄ia viles erit in abscondito vultus eius: tāta vbertate eius impleta: vt eam nūqz peccare delectet. Seipam vō nunc qm̄ videt: nō aliqd̄ imutabile videt.

De mutabilitate mentis humane qua fit: vt sicut misera facta est ex beata: ita beata possit esse ex misera. **Ca. XV.**

Quod ideo certe nō dubitat qm̄ misera est: et beata esse desiderat. Nec ob aliud fieri sperat hoc posse: nisi quia est mutabilis. Nam si mutabilis nō esset: sicut ex beata vita misera: sic ex misera beata esse nō posset. Et quid eā fecisset miserā: sub omnipotente et bono dño: nisi peccatū suum: et iusticia dñi sui. Et quid eā faciet beatam: nisi meritū suū et p̄mū dñi sui. Sed et meritū eius gratia est illius: cuius p̄mū erit beatitudo eius. Iusticiā quippe dare sibi nō potest: quā pditaz nō habet. Hanc em̄ cū hō condereē accepit: et peccādo vtiqz pdidit. Accepit ergo iusticiā: p̄ quā beatitudinē accipere mereret. Unde veraciter ei dicit̄ ab ap̄lo: quasi de suo bono sup̄bire incipienti. Quid em̄ habes qd̄ nō accepisti. Si autē accepisti qd̄ gl̄iaris quasi nō accepisti. Quā autē bene recordat̄ dñi sui: spūs eius accepto sentit oīno: quia hoc discit: intimo magisterio: non nisi ei⁹ gratuito affectu posse se surgere: nō nisi suo volūtario defectu cadere potuisse. Non sane reminiscitur beatitudinis sue: fuit quippe illa et nō est: eiusqz ista penitus oblita est: ideoqz nec cōmemorari potest. Credit autē de illa fidedignis litteris dei sui pei⁹ p̄phetā p̄scriptis narrātibus de felicitate paradisi: atqz illud p̄mū et bonū hoīs et malū hystorica traditione indicātibus: dñi autē dei sui reminiscit̄. Ille quippe semp est: nec fuit et nō est: nec est et nō fuit: sed sicut nūqz nō erit: ita

nūqz nō erat: et vbiqz totus est. Propter qd̄ ista in illo et viuit et mouet: et est: et ideo reminisci eius potest. Non quia hoc recordat̄ quod eū nouerat in adam: aut alibi alicubi ante huius corpis vitam. Aut cum primū facta est vt insereret̄ huic corpori. Nihil eni hoꝝ omnino reminiscit̄. Quicquid hoꝝ est: obliuione delatum est. Sed cum memorat̄ vt conuertat̄ ad dñm tanqz ad eam lucem qua iam cum ab illo auerteret̄: quodāmodo tangebāt. Nam hinc est q̄ etiam impij cogitant eternitatem: et mēta recte reprehendunt recteqz laudant in hoīm moribus. Quibus ea tandē regulis indicant nisi in quibus vident: quēadmodū quisqz viuere debeat: etiam si nec ipsi eodem modo viuunt: vbi eas vident. Neqz ei in sua natura cū p̄culdubio mente ista videant̄: eozqz mētes cōstet esse mutabiles: has vero regulas imutabiles videat quisqz in eis et hoc videre poterit. Nec in habitu sue mentis cū ille regule sint iusticie: mentes vō eoz constet esse iniustas. Vbi nam sunt iste regule scripte: vbi qd̄ sit iustum: et iniustus agnoscat vbi cernit habēduz esse quod ipse nō habet. Vbi ergo scripte sunt: nisi in libro lucis illius que veritas dicit̄ vnde omnis lex iusta describit̄: et in cor: hoīs q̄ operat̄ iusticiam: nō migrando sed tanqz imp̄mendo transferit̄: sicut imago ex anulo et in ceram trāsfit: et anulum nō relinquit. Qui vō nō operat̄: et tamen videt quod operandū sit: ipse est qui ab illa luce auertit̄: a qua tamen tangit̄. Qui autē nec videt quēadmodū sit viuendū: excusabilis quidem peccat: quia non est transgressor: cognite legis. Sed etiā ipse splendore aliquoties vbiqz p̄sentis veritatis attingitur: qm̄ admonitus p̄fiterur.

De reformatione mentis ad imaginē dei: et quot modis spūs appellatio diuersis assignetur naturis. **Ca. XVI.**

Via vō cōmemorati cōuertuntur ad dñm: ab ea deoformitate qua per cupiditates seculares cōformabant̄ huic seculo reformant̄ ex illo: audientes ap̄m dicentem. Nolite p̄formari huic seculo: s̄ reformamini in nouitate mētis vestre: vt incipiat illa imago ab illo reformari a quo formata est. Nō enī reformare seipam potest: sicut potuit deoformari. Dicit etiam alibi. Renouami spūs mentis vestre: et induite nouū hominē: eum qui fm̄ deum creatus est: in iusticia et sanctitate veritatis. Quā ait: fm̄ deum creatū: hoc alio loco dicit̄ ad imaginē dei. Sed peccando iusticiam et sanctitatem veritatis amisit: p̄pter quod hec imago deoformis et decolor: facta est:

1. Cor. 6.

1. Cor. 4.

Act. 17.

Rom. 12.

Ep̄. 4.

Gen. 1.

Eph. 4 hanc recipit cū reformāz et renouāz. **Q**uāz autē air spū mentis vestre: nō ibi duas res intelligi voluit: quasi aliū sit mens: aliud spūs mentis. Sed quia oīs mens spūs est: nō autē oīs spūs mens est. Est enī spūs et deus: qui renouari non potest: quia nec veterascere potest. Dicit etiam spūs in hoīe qui mens non sit: ad quē pertinent imaginationes similes corporū.

1. Cor. 14 De quo dicit ad corinthios: vbi dicit. **S**i autē orauero lingua: spūs meus orat: mens autē mea infructuosa est. **H**oc enī ait: qn̄ id qd dicitur nō intelligit: quia nec dici potest: nisi corporalī vocum imagines sonū oris in spūs cogitatione pueniant. Dicitur et hoīs anima spiritus. **I**nde est in euāgelio. **E**t inclinato capite tradidit spm̄: quo significata est mors corporis: anima exēte. Dicitur etiam peccatoris: qd in ecclesiaste libro salomonis apertissime scriptum est. vbi ait. **Q**uis scit spūs filioz hoīs si ascendet ipse sursum: et spūs peccatoris si descendet ipse deorsuz in terrā. **S**criptū est etiam in genesi vbi dicit diluuiū mortuam vniuersam carnē que habebat in se spūm vite. Dicit spūs etiam ventus: res apertissime corporalis. **U**nde illud in psalmis. **I**gnis: grandis: nix glacies: spūs tempestatis. **Q**uia ergo tot modis dicit spiritus: spūm mentis dicere voluit eum spūm que mens vocatur: sicut ait etiam idem apostolus. **I**n expoliatiōe corporis carnis. **N**on duas vtiq; res intelligi voluit quasi aliud sit caro: aliud corpus carnis. Sed quia corpus multarum rerum nomē est: quarum nulla est caro. **N**am multa sunt excepta carne corpora celestia et corpora terrestria. **C**orpus carnis dixit: corpus quod caro est. **S**ic itaq; spūm mentis eum spūm que mens est: alibi quoq; apertius etiam imaginē noīauit: scz alijs verbis idiūm p̄cipiens. **E**xpolian res vos inquit veterem hoīem cū actibus ei⁹ induite nouū qui renouāz in agnitionem dei fm̄ imaginem eius qui creauit euz. **Q**d ergo **Eph. 4** ibi legitur. **I**nduite nouū hoīem q̄ fm̄ deum creatus est: hoc isto loco **I**nduite nouū hoīez **Colo. 3** qui renouāz fm̄ imaginem eius q̄ creauit eū **I**bi autē ait. **F**m̄ deum. hic vero fm̄ imaginem eius qui creauit eum. **P**ro eo vero quod ibi **Eph. 4** posuit. **I**n iusticia et sanctitate veritatis: hoc **Col. 3** posuit hic. **I**n agnitionē dei. **F**it ergo ista renouatio reformatioq; mentis fm̄ deum. vel fm̄ imaginē dei. **S**i ideo dicit fm̄ deū: ne fm̄ aliam creaturā fieri putetur. **I**deo autē fm̄ imaginē dei: vt in ea re intelligatur fieri hec renouatio: vbi est imago dei: id est in mente. **Q**uēadmodū dicimus fm̄ corpus mortuum:

nō fm̄ spūm eum qui de corpore fidelis et iustus abscedit. **Q**uid enī dicimus fm̄ corpus mortuū: nisi corpore vel in corpore: nō anima vel in anima mortuū. **A**ut si dicamus: fm̄ corpus est pulcer: aut fm̄ corpus fortis: nō scdm̄ animū: quid est aliud q̄ corpe nō animo pulcer aut fortis est. **E**t innumerabiliter ita loq̄mur. **N**on itaq; sic intelligamus: fm̄ imaginē eius qui creauit eum: quasi alia sit imago fm̄ quā renouāz: nō ipsa que renouāz.

Quid sit inter regenerationē baptismi et renouationem qua p̄ficitur de die in diem in agnitione dei. **Ca. XVII.**

None ista renouatio nō momēto vno fit ipsius p̄uersionis: sic vt momento vno fit illa in baptismo renouatio re-

missione oīm peccatorū. **H**ec enī vel vnum q̄ntulūcūq; remanet: qd nō remittat: s̄ quē admodū aliud est carere febribus: aliud ab infirmitate que febribus facta est reualescere.

Iterū aliud est infixum telum de corpore demere: aliud vulnus qd eo factū est secūda curatione sanare: ita p̄ma curatio est cām remouere languoris: qd p̄oīm fit indulgentiā peccatorū: secūda ipm̄ sanare languorē: qd fit paulatim p̄ficiendo in renouatione huius imaginis: q̄ demonstrant in psalmo vbi legit. **Q**ui

ppitius fit oībus iniquitatibus tuis: quod fit in baptismo. **D**einde sequitur. **Q**ui sanat oēs languores tuos: qd fit quotidianis accessibus: cū hec imago renouāz. **D**e qua re ap̄l's apertissime locutus est dicens. **E**t si exterior homo noster corrumpit: sed interior renouāz de die in diem. **R**enouāz autē in agnitione dei: b̄ est in iusticia et sanctitate veritatis: sicut se habent apostolica testimonia: que pauloante cōmemorauī. **I**n agnitiōe igif dei: iusticia et sanctitate veritatis: qui de die in diē p̄ficiendo renouāz: trāffert amorē a tp̄alibus ad eterna: a visibilib⁹ ad intelligibilia: a carnalibus ad spiritualia: atq; ab istis cupiditatē frenare atq; minuere: illisq; se charitate alligare diligenter insistit. **T**antū autē facit: quantum diuinitus adiuuat. **D**ei quippe sententia ē.

Sine me nihil potestis facere. **I**n quo p̄fectu et accessu tenentē mediatoris fidem cum dies vite huius vltimus quēq; compererit: perdu-

endus ad deū quem coluit: et ab eo perficiendus excipiet ab angelis sancti incorruptibile corpus in fine seculi: nō ad penam sed ad gloriā recepturus. **I**n hac quippe imagine tūc perfecta erit dei similitudo: quando dei perfecta erit visio. **D**e qua dicit apostolus paulus

Videmus nunc per speculum in enigmate:

1. Cor. 13

Colo. 3.

Ps. 102.

Ibidem.

2. Cor. 4.

Colo. 3.
Eph. 4.

Job. 15.

1. Cor. 13.

Liber

2. Cor. 3 tunc aut facie ad faciem. Item dicit. Nos aut
reuelata facie gl'iam dñi contēplantes in ean-
dem imaginē transformamur de gl'ia in gl'iaz
tanq̄ a dñi spū: hoc est quod fit de die in diem
bene p̄ficiētibz. **A**pl'us aut iohes. Dilectis
simi inquit nunc filij dei sumus: et nondū appa-
ruit quod erimus. Scimus quia cū apparue-
rit similes ei erimus: qm̄ videbimus eū sicuti
est. **H**inc apparet tunc in ista imagine dei fieri
eius plenā similitudinē: quando eius plenā
perceperit visionē.

Posse etiaz hoiem corpore imaginē dei ac-
cipi: s̄m q̄ verbum caro factū est: cuius imor-
talitati oēs sancti p̄formabunt. **Ca. XVIII.**

Quamq̄ possit hoc a iohāne ap̄lo etiā
de immortalitate corporis dictum vide-
ri. **E**t in hac q̄ppe similes erimus deo

sed tñ modo filio quia solus in trinitate cor-
pus accepit: in quo mortuus resurrexit: atq̄
id ad superna perueit. **N**am dicit etiam ista
imago filij dei: in qua sicut ille imortale corp̄
habebimus: p̄formes facti in hac p̄te: nō p̄ris
imaginis: aut spū sancti: sed tñ modo filij: quia

Joh. 1 de hoc solo legit: et fide sanissima accipit. **V**er-
bum caro factum est. p̄pter quod apostolus

Roma 8 Quos autem inquit p̄ficiuit et p̄destinauit cō-
formes fieri imaginis filij sui: vt sit ipse p̄mo-
genitus in multis fratribz. **P**rimogenitus

1. Cor. 15 vtiq̄ a mortuis: s̄m eundē apostolū: qua mor-
te seminata est caro eius in cōtumelia: resur-
rexit in gl'ia. **S**cōm hanc imaginē filij cui p̄
imortalitatem conformamur in corpore: etiā

Ibidem. illud agimus quod dicit idē ap̄lus. **S**icut por-
tauimus imaginē terreni: portemus et imagi-
nem eius qui de celo ē: vt scz q̄ s̄m adam mor-
tales fuimus: s̄m christū imortales nos futu-
ros fide vera et spe certa: firmaq̄ teneamus.
Sic em̄ nunc eandem imaginē portare possu-
mus: nondū in visione: sed in fide: nondū in
re: sed in spe. **D**e corporis quippe resurrectio-
ne tunc loquebat̄ apostolus cum hec diceret.

Qua sui parte homo ad imaginē et similitu-
dinē dei factus sit. ad quā p̄ficiendo renouat̄.

Capitulum XIX.

Gen. 1 **V**ero illa imago de qua dictum est
faciamus hoiem ad imaginē et si-
militudinē nostram. quia nō dictū est ad meā
vel ad tuā. ad imaginē trinitatis factū hoiē
credimus: et q̄sta potuimus inuestigatōne cō-
p̄hendimus. **E**t ideo s̄m hanc potius et illud
intelligendū est: quod ait ap̄lus iohes. **S**imi-
les ei erimus: qm̄ videbimus eū sicuti est: qz

1. Joh. 3 de illo dixit de quo dixerat. filij dei sumus. **E**t
Ibidem. immortalitas carnis illo perficiet momento re-

surrectiōis: de q̄ ait ap̄lus paulus. **I**n ictu oculo
li: in nouissima tuba: et mortui resurgēt incor-
rupti et nos imutabimur. **I**n ip̄o nāq̄ ictu oculo
ante iudiciū resurget in virtute: in incorrup-
tione: in gl'ia corpus spiritale qd̄ nūc semiat̄
in infirmitate. corruptione. etumelia corpus
aiale. **I**mago vero que renouat̄ in spū men-
tis in agnitione dei. nō exterius s̄ interius de
die in diē ip̄a p̄ficiet visione que tunc erit post
iudiciū. facie ad facie. nunc aut p̄ficiet p̄ specu-
lū in enigmate. **P**ropter cui⁹ p̄fectionē dictū
intelligendū est. s̄iles ei erimus qm̄ videbim⁹
eū sicuti ē. **H**oc ei donū tūc nob̄ dabit̄ cū dictū
fuerit. **V**enite benedicti patris mei possidete
paratū vobis regnū. **T**unc quippe tollet̄ im-
pius vt nō videat claritatē dñi. qm̄ ibūt sinistri
in suppliciū eternū. euntribz dextris in vitā
eternā. **H**ec est aut̄ (sicut ait v̄itas) vita eter-
na. vt cognoscant te inquit vnū v̄x deum. et
quē misisti iesum xpm̄. **H**anc p̄emplatiuā sa-
pientiam quā p̄prie puto in litteris sanctis a
scientia distinctā. sapiam nuncupari dūtaxat
hominis. que quidē illi nō est nisi ab illo cuius
p̄cipatione vere sapiens fieri mens rōnalis
et intellectualis potest. **C**icero cōmēdans in
fine dialogi hortensij. **Q**ue nobis inquit dies
noctesq̄ p̄siderantibus acuentibusq̄ intelli-
gentiā que est mentis acies cauentibusq̄ ne
quādo illa hebescat. id est in p̄bia viuentibus
magna spes est. **A**ut si hoc qd̄ sentimus et sapi-
mus mortale et caducū est. iocundū nobis per
functis muneribus hūanis occasum. neq̄ mo-
lestā extinctionē et quasi quietē vite fore. **A**ut
si vt antiquis p̄his hisq̄ maximis longe q̄ cla-
rissimis placuit eternos animos ac dinos ha-
bemus. sic existimandū est quo magis hi fue-
rint semp̄ in suo occurso. id est in ratione et in-
uestigandi cupiditate. et quo minus se admi-
scuerint atq̄ implicauerint hōim vitij et erro-
ribz hoc vel his faciliore ascensum et redituz
in celū fore. **D**einde addens hanc ipsam clau-
sulā repetendocq̄ s̄monem finiens. **Q**uapro-
pter inquit vt aliquā terminet oratio. si aut ex-
tingui tranquille volumus cū his artibus vi-
perimus. aut si ex hac in aliam haud paulo me-
liorem domū sine mora demigrare. in his stu-
dijs nobis oīs opa et cura ponenda est. **H**ic
miro: hoiem tanti ingenij. p̄fectis muneribz
humanis: hominibus in philosophia vi-
uentibus: que contemplatione veritatis be-
atos facit: iocundum p̄mittere occasuz: si hoc
quod sentimus et sapimus mortale et caducū
est: quasi hoc moriat̄ et intercidat quod nō di-
ligeamus: vel potius quod atrociter odera-

1. Cor. 15

1. Cor. 13

1. Joh. 3

Mat. 25

Joh. 17

mus: vt iocundus nobis sit eius occasus. **U**rum hoc nō didicerat a philosophis quos magnis laudibus p̄dicat: sed ex illa noua academia vbi ei dubitare etiā de rebus manifestissimis placuit: ista sententia redolebat. **A** philosophis autē sicut ipse confitetur maximis longeq; clarissimis: eternos animos esse acceperat. **E**terni quippe nō incōuenienter hac exhortatione excitant: vt in suo cursu reperiant cum venerit vite huius extremū. id est in rōne et inuestigandi cupiditate minusq; se admisceant atq; implicent hoīum vitijs et erroribus: vt eis facilius sit regressus ad deum. **S**ed iste cursus qui constituit in amore atq; inuestigatione veritatis: non sufficit miseris. id est hominibus: cum ista sola rōne mortalibus sine fide mediatoris. **Q**uod in libris superioribus huius operis: maxime in quarto et xliij. q̄tum potui demonstrare curauit.

Explicit liber quartusdecimus.

Incipiūt capitula libri quindecimi.

- i **D**e excellentia animi ad imaginem creatoris sui conditi.
- ii **D**e summo bono quod semp inueniendus querit et q̄rendū inuenit.
- iii **Q**uid disputatū: quidue sit comprehensum p̄cedentiū ratiocinatione libroꝝ.
- iiii **I**n quarū rerum cōtemplatione sūma trinitas inquirenda sit.
- v **O**mnia que de deo digne dici vident posse in pauciora conferri vt nihil minus dictum intelligat.
- vi **Q**uō etiā si vnum aliquid eligatur ex multis: quod digne appellet deus in vna ipsa appellatione trinitas deitas possit intelligi.
- vii **Q**uo differat trinitas que iuenitur in imagine dei a trinitate que deus est.
- viii **D**e speculo in quo p̄ imaginem dei trinitas eius vtcūq; intellecta conspiciatur.
- ix **D**e enigmate et tropicis locutionibus.
- x **Q**uomodo per inspectionem verbi quō est in cogitatione mētis humane ad agnitionem verbi quod deus est aliquid quatenus possit accedi.
- xi **S**icut verbum hominis significatur p̄ vocem vel quodlibet iudicium corporale: ita verbum dei manifestatū esse

- xii **Q**uantū distent a vera et perfecta similitudine dei que in natura mentis vtcūq; deo similia reperiunt.
- xiii **D**e scientia dei patris cui nihil cuiusq; creature iudicijs consecrat.
- xiiii **D**e similitudine et equalitate patris dei et vnigeniti eius consubstantialis et coeterni.
- xv **Q**uid dissimile sit verbum nostrum mutabile: a verbo dei incōmutabili et eterno.
- xvi **A**n volubilitas cogitationis deo inesse credenda sit.
- xvii **D**e spiritu sancto qui patri et filio equalis accipitur et vtriusq; spūs dicitur et charitatis noīe intelligitur: cum q̄libet in trinitate p̄sona sit charitas.
- xviii **D**e excellentia charitatis q̄ ita ex deo est vt ipse sit deus.
- xix **Q**ua ratione donum dei dicatur spiritus sanctus.
- xx **C**ontra eos qui vnigenitum dei nō paterne nature sed voluntatis filium esse dixerunt.
- xxi **D**e similitudinibus trinitatis diuine que in natura mentis ad imaginem dei facte reperiri vtcūq; potuerūt.
- xxii **T**ria que sūt in imagine dei: id est memoria: intellectus: et amor vnus esse persone quia nō hoc est ei esse quod hec habere.
- xxiii **Q**uā vera in dei trinitate vnitas: et q̄ vera in eiusdem vnitate sit trinitas.
- xxiiii **D**e his qui naturam mentis subtiliter intuentur: et eam imaginē dei esse nō sentiunt.
- xxv **Q**uā beatos faciat fides recta: etiā eos qui de naturis incorporeis nequeunt disputare.
- xxvi **I**nterualla tempoz diuine trinitatis nulla sunt.
- xxvii **Q**uid quodam sermone ad populum disputatū sit de differētia generationis filij et p̄cessionis spūs sancti.

Incipit liber quintusdecimus.

Liber

De excellentia animi ad imaginem creatoris sui conditi. **Ca. I.**

Homines in rebus que facte sunt ad cognoscendum eum quo facte sunt: exercere lectorum: iam puenimus ad eius imaginem quod est homo: in eo quo ceteris animalibus antecellit: id est ratione vel intelligentia: et quicquid aliud de anima rationali vel intellectuali dici potest: quod pertinet ad eam rem que mens vocatur vel animus. Quo nomine nonnulli auctores lingue latine: id quod excellit in homine: et non est in pecore ab anima que inest et pecori: suo quodam loquendi more distinguunt. Supra hanc ergo naturam si querimus aliquid et verum querimus: deus est: natura scilicet non creata: sed creatrix: que vtrum sit trinitas: non solum credentibus diuine scripture auctoritati: verum etiam intelligentibus: aliqua si possumus ratione iam demonstrare debemus. Cur autem si possumus dixerim: res ipsa cum qua disputatio cepit: melius iudicabitur De summo bono quod semper inueniendum querit et querendum inuenit. **Ca. II.**

Hus qui se ipse quem querimus adiuuabit: ut spero: ne sit infructuosus labor: noster: et intelligamus quem admodum dictum sit in psalmo secundo: Letetur cor querentium dominum: querite dominum et confirmamini: querite faciem eius semper. Vide est enim quod semper querit: nunquam inueniri: et quod iam letabitur: et non potest iam contristari cor querentium: si non potuerint inuenire quod querit. Non enim ait: Letetur cor inuenientium: sed querentium dominum: et tamen dominum deum inuenire posse dum querit: testatur Esaias propheta dum dicit: Querite dominum et mox ut inueneritis inuocate eum: et cum appropinquauerit vobis: derelinquat impius vias suas: et vir iniquus cogitationes suas. Si ergo querit inueniri potest cur dictum est: Querite faciem eius semper: an et inuenit forte querendus est: Sic enim sunt incomprehensibilia requirenda: ne se existimet nihil inuenisse: quod quod sit incomprehensibile quod querebat potuerit inuenire. Cur ergo sic querit: si incomprehensibile comprehendit esse quod querit: nisi quia cessandum non est quod diu in ipsa incomprehensibili rerum indagine proficiat: et melior meliorque sit querens: tam magnum bonum quod et inueniendum querit: et querendum inuenit. Nam et querit ut inueniatur dulcius: et inuenit ut querat avidius. Secundum hoc accipi potest: quod dictum est in libro ecclesiastico: Qui me manducant adhuc esurient: et qui bibunt me adhuc sitient. Manducant enim et bibunt quod inueniunt: et quod esuriunt ac sitiunt adhuc querunt. Fides querit: intelle-

ctus inuenit. Propter quod ait propheta: Nisi credideritis: non intelligetis. Et rursus: Intellectus cum quem inuenit: adhuc querit. De enim respexit super filios hominum: sicut in psalmo sacro canit: ut videret si est intelligens aut requirens deum. Ad hoc debet homo esse intelligens ut requirat deum. Satis itaque rememorati fuimus in his que deus fecit: ut per ea cognosceret ipse quod fecit. Inuisibilia enim eius per ea que facta sunt intellecta conspiciunt. Unum arguunt in libro sapientie que de his que videntur bona non potuerunt scire eum quod est: neque opinio attendentes agnouerunt artificem: sed aut ignem: aut spiritum: aut citatum aerem: aut gyrum stellarum: aut violentiam aquarum: aut luminaria celi: rectores orbis terrarum deos putauerunt: quorum quidem si specie delectati hec deos putauerunt: sciant quanto dominator eorum melior est. Speciei enim generator ea creauit. Aut si virtute et operationem eorum mirati sunt: intelligant ab his quanto quod hec constituit fortior est. A magnitudine enim speciei et creature: cognoscibiliter poterit creator videri. Hec de libro sapientie propterea posui: ne me fidelium quispiam frustra et inaniter existimet in creatura prius per quasdam sui generis trinitates quodam modo gradatim donec ad mentem hominis peruenire: quesisse indicia summe illius trinitatis: quam querimus: cum deum querimus.

Quid disputatum quid ve sit comprehensum precedentium rationatione librorum. **Ca. III.**

Ed quoniam differendi et rationandi necessitas per quattuordecim libros multa nos dicere compulit: que cuncta simul aspiciere non valemus: ut ad id quod apprehendere volumus ea celeri cogitatione referamus: faciamus quantum domino adiuuante potuerimus: ut quicquid in singulis voluminibus ad cognitionem disputatione perduximus remota disputatione breuiter congeramus: et tanquam sub vno mentis aspectu non quemadmodum res queque persuasit: sed ipsa que persuasa sunt ponamus: ne tam longe sint a precedentibus consequentia: ut oblivione precedentium faciat inspectio consequentium: aut certe si fecerit: cito possit quod exciderit relegendo recolligi. In primo libro secundum scripturas sacras: unitas et equalitas summe illius trinitatis ostendit. In secundum et tertium et quartum eadem: sed de filii missione et spiritu sancti diligenter questio pertractata: tres libros fecit. Demonstratumque est: non ideo minorem mutentem eo qui missus est: quia ille missus: hic missus est: cum trinitas que per omnia equalis est: pariter quoque in sua natura immutabilis: et inuisibilis: et ubique presens inseparabiliter operatur. In quinto propter eos quibus ideo videtur

Ps. 104

Ubi. 5.

Esai. 55.

Ps. 104

Ecc. 24

Ps. 13

Rom. 1. Sapi. 13

Ibidem.

nō eandē patriō filij esse substantiā: q̄ omne qd̄ de deo dicit̄: s̄m substantiā dici putant: et p̄pterea et gignere et gigni: vel genitū esse et ingentū: qm̄ diuersa sunt: contendūt substantias esse diuersas: demonstrat̄ nō omne quod de deo dicit̄ s̄m substantiā dici: sicut s̄m substantiā dicit̄ bonus et magnus: et si quid aliud ad se dicitur: sed dici etiā relatiue: id est nō ad se sed ad aliquid qd̄ ipse nō est: sicut pater ad filium dicit̄: vel dñs ad creaturam sibi seruientē: vbi si quid relatiue: id est ad aliquid qd̄ ipse nō est etiā ex tpe dicit̄: sicut est. **D**ñe refugiu factus es nobis: nihil ei accidere quo mutes: s̄ omni no ipm̄ in natura vel essentia sua imutabilem p̄manere. **In. vi.** quō dicit̄ s̄m xp̄us ore ap̄lico dei virtus et dei sapientia: sicut disputat̄: vt differat̄ eadem questio diligenti⁹ retractanda: vtrū a quo est genitus christus nō sit ipse sapientia: sed tñ sapientie pater: an sapientia sapientiam genuerit: s̄ quodlibet horū esset: etiā in hoc libro apparuit trinitatis equalitas: et non deus triplex: s̄ trinitas: nec quasi aliqd̄ duplū esse patrē et filium ad simplū sp̄m sc̄m: vbi nec tria plus aliqd̄ sunt q̄ vnū horū. **Disputatur** est etiā quō possit intelligi quod ait **Hilarius ep̄s.** **E**ternitas in patre: species in imagine vltus in munere. **In. viij.** questio que dilata fuerat explicat̄: ita vt deus qui genuit filiū: non solum sit pater virtutis et sapientie sue: sed etiā ipse x̄tus atq̄ sapientia. **Sic et sp̄s sanct⁹.** **N**ec tñ simul tres sunt virtutes: aut tres sapientie sed vna x̄tus: et vna sapientia: sicut vn⁹ deus: et vna essentia. **D**einde questum ē: quō dicantur vna essentia: tres p̄sone: vel a q̄busdā grecis vna essentia: tres substantie: et inuenta ē elocutionis necessitate dici: vt aliquo vno nomine enūciarent̄: cū querit̄: qd̄ tres sint: q̄ tres esse veraciter cōsitemur: patrē: s̄ et filiū et sp̄m sanctū. **In. viij.** rōne etiā reddita intelligentibus clarū est in substantia veritatis nō solum patrē filio nō eē maiore: sed nec ambos simul aliquid maius esse q̄ solū sp̄m sc̄m: aut quoslibet duos in eadem trinitate mai⁹ esse aliquid q̄ vnū: aut oēs simul tres mai⁹ aliquid esse q̄ singulos. **D**einde p̄ veritatē que intellecta cōspicit̄: et p̄ bonū summū a quo ē omne bonū et p̄ iusticiā p̄pter quā diligit̄ anim⁹ iustus: ab animo etiā nō dū iusto: vt natura nō solum in corpore: verū etiā in cōmutabilis quod ē de⁹ quātū fieri pōt̄ intelligeret̄ admonui: et p̄ charitatem que in scripturis sanctis deus dicit̄ ē p̄ quā cepit̄: vtrūq̄ etiā trinitas intelligētibus apparere: sicut amans et qd̄ amat̄: et amor. **In ix.** ad imaginē dei: qd̄ est hō s̄m mentē puenit

disputatio: et in ea quedā trinitas inuenit̄: id est mēs et noticia: qua se nouit̄: et amor quo se noticiāq̄ suā diligit̄: et hec tria equalia inter se et vn⁹ ostendunt̄ essentie. **In. x.** hoc idē diligētius subtiliusq̄ tractatum est: atq̄ ad id p̄ductum: vt inueniret̄ in mente euidentior trinitas eius: in memoria sc̄z et intelligentia et voluntate. **Sed** qm̄ et hoc compertū est: q̄ nunq̄ eē ita potuerit: vt mens nō sui meminisset: non se intelligeret et diligeret: q̄uis nō semp se cogitaret. **Cum** autē se cogitaret: nō se a corporebus rebus eadē cogitatioe discerneret: dilata est de trinitate cui⁹ hec imago ē disputatio vt in ipsis etiā corporebus visis inueniret̄ trinitas: et distinctius in ea lectoris exerceretur intentio. **In. xi.** ergo electus ē sensus oculorū in quo id qd̄ inuentū ē etiā in ceteris quattuor sensibus corpis et nō dictū posset agnosci atq̄ ita exterioris hoīs trinitas: primo in his q̄ cernunt̄ extrinsecus: ex corpore sc̄z quod videt̄ et forma que inde in acie cernētis imprimitur et vtrūq̄ copulātis intentione voluntatis apparuit. **Sed** hec tria non inter se equalia: nec vnus esse substantie claruerūt. **D**einde in ipso animo ab his que extrinsec⁹ sensa sunt velut introducta inuenta est altera trinitas: vbi apparerent eadē tria vnus esse substantie. **Imaginatio** corpis que in memoria est: et inde informatio cū ad eam cōuertit̄ acies cogitātis: et vtrūq̄ coniungens intentio voluntatis. **Sed** ideo ista trinitas ad exteriorē hominem repta est prinere: quia de corpibus illata est q̄ sentiunt̄ extrinsecus. **In. xij.** discernenda vis est sapientia a scientia: et in ea que p̄prie scientia nuncupat̄: quia inferior est: prius q̄ daz sui generis trinitas inquirenda. **Que** licet ad interiorē hoīem iā prinereat: nō dūz tñ imago dei vel appellanda sit vel putāda. **Et** hoc agit̄ in xij. p̄ cōmendationē fidei xp̄iane. **In. xiiij.** autē de sapientia hoīs vera: id est de munere in eius ipsius dei participatione donata: que a scientia distincta est disputat̄. **Et** eo peruenit disputatio vt trinitas appareat in imagine dī quod est hō: s̄m mentē: que renouat̄ in agnitione dei: s̄m imaginē ei⁹ q̄ creauit hoīem ad imaginē suā: et sic p̄cipit sapientiam vbi p̄templatio est eternoꝝ.

In quarum rerū contemplatione summa trinitas inquirenda sit. **Ca. III.**

Nam ergo in ipsis rebus eternis incorporeis et in cōmutabilib⁹ in q̄rū p̄fecta p̄templatione nobis beata q̄ non nisi eterne est vita p̄mittit̄: trinitatē q̄ deus ē inquireamus. **N**ecq̄ em̄ diuinoꝝ lib: or̄ tñmō

Col. 3.
Gen. 1

Libe

auctoritas esse deū p̄dicat: s̄ oīs que nos circūstat ad quā nos etiā p̄tinemus vniuersa ipsa reꝝ natura p̄clamat habere se p̄stantissimū p̄ditorem: q̄ nobis mentē rationēq; naturalē dedit: qua viuentia nō viuentibus sensu p̄dita nō sentientibus: itelligentia nō intelligentibus: imortalia mortalibus: ipotentibus potentia: iniustis iusta: speciosa deformib; bona malis: incorruptibilia corruptibilibus: imutabilia mutabilibus: inuisibilia visibilibus: incorpalia corp'alibus: beata miseris p̄ferenda videamus. Ac p̄ hoc q̄m̄ rebus creatis creatorem sine dubitatioe p̄ponimus: oportet vt eū ⁊ sūme viuere ⁊ cuncta sentire atq; intelligere: ⁊ mori: corumpi: mutariq; non posse: nec corpus esse: sed sp̄m̄ oīm̄ potentissimū: iustissimū: speciosissimū: optimū: beatissimūq; fateamur.

Om̄nia que de deo digne dici vident̄ posse in pauciora p̄ferre vt nihil minus dictum intelligatur. **Capitulum V.**

Ed hec oīa que dixi: ⁊ quecūq; alia simili more locutionis humane digne de deo dici vident̄: ⁊ vniuerse trinitati que est vnus deus: ⁊ p̄sonis singulis in eadem trinitate p̄ueniūt. Quis em̄ vel vnū deum qd̄ est ipsa trinitas: vel patrem vel filium vel sp̄m̄ sanctū audeat dicere: aut nō viuentē aut nihil sentientē vel intelligentez: aut in ea natura qua inter se p̄dicant̄: equales quenq; esse eoz; mortālē siue corruptibilē: siue mutabilē siue corporeū: aut quisq; ibi neget aliquē potentissimū: iustissimū: speciosissimū: optimū: beatissimū? Si ergo hec atq; h̄mōi om̄ia ⁊ ipsa trinitas ⁊ in ea singuli dici possunt: vbi aut quō trinitas apparebit: redigamus itaq; p̄us hec plurima ad aliquā paucitatem. Que vita em̄ dicit̄ in deo: ipsa est essentia eius atq; natura. Non itaq; deus viuit nisi vita qd̄ ipse sibi est. hec aut̄ vita non talis est: qualis inest arbori: vbi nullus est intellectus: null; est sensus: nec talis qualis inest pecori: habet em̄ vita pecoris sensum q̄n̄ qui p̄ritū: sed intellectū habet nullū. At illa vita q̄ deus est sentit atq; intelligit oīa: ⁊ sentit mente nō corpore: q; sp̄s est deus. Non aut̄ sicut aīalia q̄ h̄nt corpora: per corpus sentit aīa. Non em̄ ex aīa p̄stat ⁊ corpore. Ac p̄ hoc simplex illa natura sicut intelligit sentit: sicut sentit intelligit. Idēq; sensus q̄ intellectus est illi. Nec ita vt aliqui esse desistat aut ceperit. Imortalis est em̄: nec frustra de illo dicit̄ est q̄ solus habeat imortalitē. Nam imortalitas eius vere imortalitas ē: in cuius natura nulla est cōmutatio. Ipsa est

1. **Ibi 6**

etiā vera eternitas q̄ est imutabilis deus sine initio: sine fine p̄sequēter ⁊ incorruptibilis. Vna ergo eadēq; res dicit̄ siue dicat̄ eternus deus siue imortalis: siue incorruptibilis: siue imutabilis. Itēq; cū dicit̄ viues ⁊ intelligēs: qd̄ ē vtiq; sapiens: hoc idē dicit̄. Non em̄ p̄cipit sapias q̄ sit sapiēs: s̄ ipse sapias est. Et hec vita eadēq; virtus siue potētia: eadēq; sp̄s q̄ potens atq; speciosus dicit̄. Quid em̄ potentius ⁊ speciosius sapias: que attingit a fine vsq; ad finē fortiter: ⁊ disponit oīa suauiter? Bonitas etiam atq; iusticia nūq̄d̄ inter se in natura dei: sicut in eius opib; distāt tāq; due diuerse sint q̄litates dei: vna bonitas: alia iusticia? Nō vtiq; Sed q̄ iusticia ipsa bonitas: ⁊ q̄ bonitas ipsa beatitudo. Incorpalis aut̄ vel incorporeus: id ē: deus: vt sp̄s credat̄: vel intelligat̄ esse nō corp; . Proinde si dicamus: eternus: imortalis: incorruptibilis: imutabilis: viuus: sapiēs: potens: speciosus: iustus: bonus: brū s̄ sp̄s: horū oīm̄ nouissimū qd̄ posui: quasi trismō videf̄ significare substantiā: cetera dō huius substantie q̄litates: sed nō ita est in illa ineffabili simpliciq; natura. Quicqd̄ em̄ fm̄ q̄litates illi dicit̄ videf̄: fm̄ substantiā vel essentiā est intelligendū. Absit em̄ vt sp̄s fm̄ substantiā dicat̄ deus: ⁊ bonus fm̄ q̄litate: s̄ vtrūq; fm̄ substantiā. Sic oīa cetera q̄ cōmemorauimus: vnde in superioribus libris multa iam diximus. De q̄ tuor̄ igit̄ p̄mis que modo a nobis enumerata atq; digesta sunt: id est eternus: imortalis: incorruptibilis: imutabilis: vnū aliquid eligamus: quia vnū quatuor̄ ista significant: sicut iam disserui: ne p̄ multa distendat̄ intentio: ⁊ illud potius qd̄ positū est p̄us: id est eternus: hoc faciamus ⁊ de quatuor̄ secūdis que sunt viuus: sapiēs: potens: speciosus. Et q̄m̄ vita qualicūq; inest ⁊ pecori cui sapientia nō inest duo vero ista sapientia scz atq; potentia ita sūt inter se in homine comparata: vt sancta scriptura diceret. Melior est sapiens q̄ fortis. Speciosa porro etiam corpora dici solent. Vnuz ex his quatuor̄ quod eligimus: sapiens eligatur: q̄uis hec quatuor̄ in deo nō in equalia dicenda sint. Nō oīa em̄ quatuor̄: res autem vna est. De tercijs vero vltimis quatuor̄: q̄uis in deo idem sit iustum esse quod bonū: quod beatum esse: tamen quia in hominibus potest esse spiritus nō beatus: potest ⁊ iustus et bonus nondū beatus. Qui vero beatus est: p̄fecto ⁊ iustus ⁊ bonus ⁊ sp̄s est: hoc potius eligamus quod nec in hoībus esse sine illis tribus pot̄ qd̄ est beatus.

Sap. 8.

Sap. 6.

Quo etiam si vnū aliquid eligatur ex multis qđ digne appelletur deus: in ipa vna appellatione trinitas deitarū possit intelligi. **Ca. VI**

Unc igitur cū dicimus eternus: sapiens n̄ beatus: hec tria sunt trinitas que appellatur deus. Redigamus quidē illa duodecim in istā paucitatē triū: s̄ eo mō forsitātan possumus et hec tria in vnū aliqd̄ horū. Nā si vna eadēq; res in dei natura pōt esse sapiētia et potentia: aut vita et sapiētia: cur nō vna eadēq; res esse possit in dei natura eternitas et sapientia: aut beatitudo et sapiētia. **Ac** p̄ h̄ si cur nihil intererat vtrū illa duodecim: an ista tria diceremus: qñ illa multa in istam redigimus paucitatem. Ita nihil interest vtrū tria ista dicamus an illud vnū in cuius singularitate duo cetera s̄nt redigi posse monstrauimus.

Quis itaq; disputādi modus: qñ nā tandē vis intelligendi atq; potentia q̄ viuacitas rōnis: q̄ acies cogitationis ostendet: vt alia iam taceam: hoc vnū qđ sapiētia dicitur deus: quomodo sit trinitas. **Neq;** em̄ sicut nos de illo precipimus sapiam ita deus de aliquo sed sua est ipse sapientia: qz non est aliud sapientia eius: aliud essentia: cui hoc est esse qđ sapientē esse dicitur quidem in scripturis sanctis: christus dei virtus et dei sapientia. **Sed** quemadmodum sit intelligendū ne patrem filius videat facere sapientē: in libro vij. disputatur est. **Et** ad hoc ratio puenit: vt sic sit filius sapientia d̄ sapientia: quē ad modū lumen de lumine deo de deo. **Nec** aliud potuim⁹ inuenire sp̄s sanctū: nisi et ipm̄ esse sapientiaz: et simul oēs vnā sapientiam: sicut vnū deū: vnā essentiā hanc ergo sapiētia qđ est deus: quō intelligim⁹ esse trinitatē non dixi quō credimus (nam hoc inter fideles nō debet habere qđem) sed si aliq̄ mō p̄ intelligentiam possumus videre qđ credimus quis iste erit modus. **Si** em̄ recolam⁹ vbi nostro intellectui ceperit in his libris trinitas apparere: octauus occurrit. **V**bi quippe vt potuimus disputādo erigere tempraui⁹ mentis intentiōem ad intelligendā illam prestantissimam imutabilem naturā qđ nostra mens non est. **Quā** tñ sic intuebamur: vt nec longe a nobis esset: et supra nos esset: nō loco sed ipa sui venerabili mirabilisq; pstantia: ita vt apud nos esse suo p̄nti lumine videre. **In** qua nobis adhuc nulla trinitas apparebat: qz nō ad eā querendā in fulgore illo firmam mentis aciem tenebamus: tantū qz non erat aliq̄ moles vbi credi oporteret magnitudinē duorum vel triū plus esse q̄ vnus: cernebam⁹ vt

tra scriptura deus dicta est: eluxit paululū trinitas: i. amans: et qđ amatur: et amor. **Sed** qđ lux illa ineffabilis nostrū reuerberabat obrutum: et ei nondū posse cōtemperari n̄ e mētis quodam mō pvincebat infirmitas: ad ipi⁹ no stre mentis fm̄ quā factus est hō ad imaginē dei: velut familiariorē p̄siderationē reficiēde laborat⁹ itentiōis cā: iter ceptū dispositūq; refleximus. **Et** inde in creatura qđ nos sumus: vt inuisibilia dei p̄ ea q̄ facta sunt cōspicere intellecta possemus: imorati sumus a. ix. vsq; ad. xiiij. librū. **Et** ecce iam q̄stum necesse fuerat: aut forte plusq; necesse fuerat: exercitata in inferioribus intelligentia: ad summā trinitatem qđ deus est p̄spiciendā: nos erigere volumus nec valem⁹. **Non** em̄ sicut certissimas vidimus trinitates: siue q̄ forinsecus de reb⁹ corp̄alibus fiunt: siue cū ea ipa q̄ forinsec⁹ sensa sunt cogitant⁹: siue cū illa q̄ oriuntur in animo nec p̄tinent ad corp̄is sensus: sicut fides: sicut virtutes q̄ sunt artes agēde vite: manifesta rōne cernūtur et scientia cōtinent⁹: siue cū mens ipa qua nouimus quicquid nosse nos veraciter dicimus sibi cognita est: vel se cogitat siue cū aliqd̄ qđ ipa nō est eternū atq; imutabile p̄spicit. **Non** ḡ sicut in his omnibus certissimas vidimus trinitates: qz in nobis fiunt vt in nobis sunt: cū ista meminimus aspiciamus: volumus: ita videmus etiā trinitatē deū: qz illic intelligendo p̄spicimus tanq; dicentem: et verbū ei⁹: id est p̄m et filiū atq; inde p̄cedētem caritatē vtriusq; cōmunem scz sp̄s sanctū. **An** trinitates istas ad sensus nostros: vel ad animū p̄tinentes videmus potius q̄ credim⁹ deū vero esse trinitatē credim⁹ potius q̄ videmus. **Q**đ si ita est: p̄fecto aut inuisibilia ei⁹ p̄ ea q̄ facta sunt nulla intellecta p̄spicimus: aut si illa cōspicimus nō in eis p̄spicimus trinitatē: et illic qđ p̄spiciam⁹: et est qđ etiā non p̄spectum credere debeamus. **C**onspicere autem nos imutabile bonū qđ nos nō sum⁹ li. viij. offit. et. xiiij. cū de sapia q̄ homini ex deo est loq̄remur admonuit. **H**ur itaq; ibi non agnosciamus trinitatē. **An** hec sapientia qđ deus dicit nō se intelligit: nō se diligit. **Q**uis hoc dixerit aut qđ est qđ nō videat: vbi nulla scia est: nullo mō esse sapiam⁹. **A**ut vero putandū est sapiētia qđ deus est scire alia et nescire seipam: vel diligere alia: nec diligere seipam: que si dici siue credi stultū et impium est. **E**cce ergo trinitas sapientia scz et noticia sui et dilectio sui: sic enim et in homine inuenimus trinitatem id ē mentem et noticiam qua se nouit: et dilectionem qua se diligit.

Gen. j.

Rom. j.

1. Cor. j.

1. Job. 4. cūq; Sed vbi ventū est ad caritatē que i san-

Liber

Quomodo differat trinitas que inuenit i
 imagine dei a trinitate q̄ deus est. **Ca. VII.**
 Ed hec tria ita sunt in hoie: vt nō ip
 sa sint hō. hō est em̄ vt veteres diffi
 nierūt: aīa rōnale mortale. Ille er
 go excellit in hoie: nō ip̄a sunt hō. **E**t vna p
 sona. i. singulis q̄sq; hō h̄z illa tria in mēte. qd̄
 si etiā sic diffiniamus hoīem vt dicam⁹. hō est
 suba rōnalis p̄stans ex aīa ⁊ corpe: nō est du
 bium: hoīem h̄re aīam q̄ nō est corpus: habe
 re corpus qd̄ nō est aīa. Ac p̄ hoc illa tria non
 hō sunt: sed hoīs sunt vel in hoie sunt. **D**etra
 cto etiā corpe si sola anima cogitet: aliqd̄ ei⁹
 est mens tanq̄ caput eius vel oculus vel faci
 es: sed nō hec vt corpa cogitanda sunt. **N**on
 igitur aīa: sed qd̄ excellit in aīa mens vocatur
 Mun qd̄ aut̄ possum⁹ dicere trinitatē sic esse i
 deo: vt aliqd̄ dei sit nec ip̄a sit deus. **Q**uap̄o
 p̄ter singulus quisq; hō qui nō fm̄ oīa que ad
 naturā p̄tinent eius: sed fm̄ solā mentem ima
 go dei d̄z vna p̄sona est: ⁊ imago est trinitatis
 in mente. **T**rininitas v̄o illa cui⁹ imago ē: nihil
 aliud est tota q̄ deus: nihil est tota q̄ trinitas
 Nec aliqd̄ ad naturā dei p̄tinet qd̄ ad illā non
 p̄tineat trinitatē. **E**t tres p̄sone sunt vni⁹ eēn
 tic nō sicut singulus q̄sq; hō vna p̄sona. **I**tēq;
 in hoc magna distantia est: q̄ siue mentē dica
 mus in hoie: eiusq; noticiā ⁊ dilectionem siue
 memoriā. intelligētā: volūtātē: nihil mentis
 meminimus: nisi p̄ memoriā: nec intelligim⁹:
 nisi p̄ intelligētiam: nec amamus: nisi p̄ volū
 tatē. **N**ō in illa trinitate q̄s audeat dicē pa
 trem nec seipm̄ nec filiū nec sp̄m̄ sanctū intelli
 gere nisi p̄ filiū: vel diligere nisi p̄ sp̄m̄ sanctū: p̄
 se aut̄ meminisse tr̄m̄o vel sui vel filij vel spi
 ritu sancti: eodemq; mō filiū nec sui nec p̄ris
 meminisse nisi p̄ p̄em: nec diligere nisi p̄ sp̄m̄
 sanctū. p̄ se aut̄ nō nisi intelligere ⁊ p̄em ⁊ se
 ipm̄ ⁊ sp̄m̄ sanctū. **S**it ⁊ sp̄m̄ sanctū p̄ p̄em memi
 nisse ⁊ p̄ris ⁊ filij ⁊ sui: ⁊ p̄ filiū intelligere ⁊ pa
 trem ⁊ filiū ⁊ seipm̄: p̄ se aut̄ nō nisi diligere et
 se ⁊ p̄em ⁊ filiū: tanq̄ memoria sit pater ⁊ sua
 ⁊ filij ⁊ sp̄m̄ sancti: filius aut̄ intelligētia ⁊ sua
 ⁊ p̄ris ⁊ sp̄m̄ sancti. **S**p̄s vero sc̄tus caritas ⁊
 sua ⁊ p̄ris ⁊ filij. **Q**uis hec in illa trinitate opi
 nari vel affirmare p̄sumat? **S**i em̄ solus sibi fi
 lius intelligit vt intelligentia sit: ⁊ sibi ⁊ p̄ri et
 spiritu sancto: ad illā redit absurditatē vt pater
 non sit sapiēs de seip̄o: sed de filio: nec sapien
 tia sapiētiam genuerit: sed ea sapiā p̄r dicatur
 sapiēs esse quā genuit. **U**bi em̄ nō est intelli
 gentia nec sapiā p̄r esse: ac p̄ hoc si pater nō
 intelligit ip̄e sibi: s̄ filius intelligit patri: p̄fe
 cto filius patrem sapientem esse facit. **E**t si h̄

est deo esse qd̄ sapere: ⁊ ea illi essentia est que
 sapientia: non filius a p̄fe qd̄ verū est: sed a fi
 lio potius habet pater essentia: qd̄ absurdissi
 mū atq; falsissimū est. **H**anc absurditatē nos
 in libro septimo discussisse: cōuicisse: abieciisse
 certissimū est. **E**st ergo deus p̄r sapiens: ea q̄
 ip̄e sua est sapiā: ⁊ filius sapiā p̄ris de sapiētia:
 ⁊ filius sapiā p̄ris de sapiā qd̄ est pater de quo
 genitus est filius. **Q**uocirca cōsequēter est ⁊
 intelligens pater ea q̄ ip̄e sua est intelligētia:
 neq; em̄ esset sapiēs q̄ nō esset intelligēs: fili⁹
 aut̄ intelligētia p̄ris de intelligētia genit⁹ qd̄
 est pater: hoc ⁊ de memoria nō incōuenienter
 dici p̄t. **Q**uō est em̄ sapiens q̄ nihil meminit
 vel sui nō meminit? **P**roinde qz sapiā pat̄: sa
 pientia filius: sicut sibi meminit pater: ita fili⁹
 ⁊ sicut sui ⁊ filij meminit pater: memoria nō fi
 lij: sed sua: ita sui ⁊ p̄ris meminit filius memo
 ria nō p̄ris sed sui. **D**ilectio q̄z vbi nulla ē quis
 vllam dicat esse sapiām? **E**t q̄ colligit ita esse
 p̄ri dilectiōem suā: vt intelligentiā ⁊ memori
 am suā. **E**cce ergo tria illa. i. memoria intelli
 gentia dilectio seu volūtās: in illa summa ⁊ i
 mutabili essentia qd̄ est deus: non p̄r ⁊ filius
 ⁊ sp̄m̄ sanctū sunt: sed pater solus. **E**t qz fili⁹ qz
 sapientia est genita de sapiā sicut nec pater ei
 nec sp̄m̄ sanctū intelligit: sed ip̄e sibi: ita nec pa
 ter ei meminit: nec sp̄m̄ sanctū ei diligit: sed ip̄e
 sibi. **S**ua em̄ ē ⁊ ip̄e mēoria: sua intelligētia: sua
 dilectio. **S**ed ita se h̄re de p̄fe illi est de q̄ nat⁹
 est. **S**p̄s etiam sc̄tus qz sapiā est p̄cedēs de
 sapiā: nō p̄em habet memoriā: ⁊ filiū intelli
 gentiam ⁊ se dilectionē: neq; em̄ sapiā esset si
 alius ei meminisset: ei⁹ alius intelligeret: ac
 tr̄m̄o sibi ip̄e diligeret. **S**ed ip̄e h̄z hec tria: ⁊
 ea sic habet vt h̄ ip̄a ip̄e sit. **U**erūm vt ita sit:
 inde ill. est vnde p̄cedit. **Q**uis ḡ hoīm potest
 istā sapiām q̄ nouit deus oīa: ita vt nec ea que
 dicunt̄ p̄terita: ibi p̄tereāt: nec ea que dicuntur
 futura. q̄si desint expectent̄ vt veniāt: sed ⁊ p̄
 terita ⁊ futura cū p̄ntib⁹ sint cūcta p̄ntia: nec
 singula cogitent̄ ⁊ ab alijs ad alia cogitanda
 trāseāt s̄ in vno p̄spectu simul p̄sto sint vniuer
 sa. **Q**uis inquā hoīm p̄phendit sapiām eādē
 qz prudentiā: eandemq; sciām: qm̄ quidem a
 nobis nec n̄ra p̄phendunt̄. **E**a q̄pe q̄ vel sen
 sibus vel intelligētie nostre assunt: possumus
 vt cūq; p̄spicē: ea v̄o q̄ absunt ⁊ tñ affuerunt: p̄
